tur ē paradiso, in terram quam habitamus, quæ post peccatū infernus quidam est: aut certē sepulchrū est hominū, qui ex paradiso, ut mortui eiekti sunt. Eiektiūtur mortui ē domo in sepulchras: ita eiekti sunt homines, ē paradiso in hūc mundum. Ut iam quæri nobis nō liceat, cur tot in hoc seculo nos mala premāt: sanē premunt, quia in sepulchro, imo in quodā inferno sum⁹. ¶ Neque fuere cōtenti homines semel peccasse, ac in tot mala decidisse: addunt peccata, peccare pergunt: corrumpit omnis caro viam suā: omnes sicut oues errauerūt. corrupti sunt, abominabiles facti sunt, non erat qui faceret bonum, non erat vsq; ad vnum. Demū conclusa erāt omnia sub peccato. ¶ Crescebat homini indies in intellectu tanta ignorantia, ut insipiens diceret, nō est Deus: & ex sapientibus plurimi pro Dijs colerent volucres, serpētes, quadrupedes, Crescebat in volūtate viciorum phalanx: sensus enim & voluntas hominis ad malū prona erant ab adolescentia. Sed quod erat omnium malorum radix, crescebat cupiditas, quā Theologi fomitē: Paul⁹ hominē veterē, hominē peccati, carnem, Adam terrenū nominat. Hoc iugo domabat diabol⁹ homines. Hoc erat sceptrū exactoris de quo meminit Isaias. ¶ Quo vero crescebat in homine culpa, crescebat in Deo indignatio & ira: adeo ut diceret, tacit⁹ dolore cordis intrinsecus, pēnitent me fecisse hominem: & ita sequebat Dominus, ut Deus vltionū diceretur, & frequenter in hęc verba prorūperet: nū super his tacebo, super his non visitabo, super his non indignabor, aut super gēte huiuscemodi non vlciscetur anima mea. Ecce furor meus & indignatio mea conflatur super locum istū, super viros & sup iumenta. &c. ¶ Iam vbi Deus erat irritator, hoc & angeli erant hominibus magis infensi. ¶ Cœlū firmissimis seris clausum erat ne pateret ascensus ad illud. Rursumque adeo erat occlusum: ut mandaret Dominus nubibus, ne largius super genus hominum diuina pluerent auxilia. Cœlum ergo erat cœneum, ne cœlestia ad nos venire, nisi difficilē possent. Erat chaos firmatum, ne ex nostris ad cœlestes, neuē ex illis ad nos plenum cōmercium esset. ¶ Quod si hic erat cœlestium status, iam expende, qualis terrę etiam esset: omnia erant plena peccatis & peccatoribus, idolis & demonibus. Luxit & elanguit terra, confusus est libanus & obsorduit, & factus est Saron sicut desertum. Gladius domini inebriatus erat sanguine, in-

1. Cor. 6.

Genes. 1.
ita Cirill⁹

Psal. 8.

Eccles. 11.

Gene. 1.

Psal. 48.

Genes. 5.
Psal. 13.

Roman. 11

psalm. 13.

Roma 1.

Genes. 8.

1. Timo. 6.

Roma. 6.

Isaie. 9.

Genes. 6.

Psal. 93.

Jerem. 5. 9.

Isai. 5.

Deuter. 28

Luc. 16.

Isai. 33.

sanguine

Ifai. 34. sanguine medullatorum & arietum. In domibus
 oriebantur spine & vrtice: & paliurus in muni-
 tionibus eius. Fœtebat mundus vt Sodoma &
 Genes. 18. ex eo fumus & clamor ascendebat sicut Sodo-
 Ifai. 9. morum. Erat orbis, regio vmbre mortis, regio
 tenebrarum. Et vt nihil deesset infœlicitati, &
 Ifai. 5. miserie: erat via in infernum ampla, cunctis
 trita. Dilatauit infernus sine numero animam
 suam, & aperuit os suum sine termino. At via
 Ifa. 33. virtutis, via iustitię, nulla comparebat. Dissi-
 patę sunt vię, cessauit transiens per semitã, irritũ
 factum est pactũ, proiecit Dominus ciuitates,
 non reputauit homines. Erat ergo totus orbis
 Psalm 101. plenus tenebris, plenus iumentis, plenus com-
 peditis, plenus filijs interemptorum à demone.
 Hęc erat miseranda seculi facies. ¶ Aderant ni-
 Math. 15. hilominus Philosophi profitentes, se ad fœlici-
 tatem suos auditores prouecturos. sed quid fa-
 cerent cęci cęcos ducentes, nisi cum cęcis in fo-
 ueam cadere? ¶ Vnicum erat confugiũ, lex illa
 vetus, quę cum lex Dei esset, videbatur opem
 tantis malis allatura. At vero & illa tam illustis
 Roma. 5. lex subintravit: vt abundaret peccata. Nõ quòd
 Roma. 7. illa mala esset, imò lex spiritalis erat: at erant
 homines carnales & venundati sub peccato: &
 propterea quòd lex illa vetabat, maiore deside-
 Roma. 8. rio cupiebant, & in contrarium eius ferebantur
 effrenes: & cum lex nõ haberet in se, nec prestaret
 vires cultoribus suis ad sui obseruationẽ, ho-
 Roma. 7. mines cupiditate sua irritati, & à lege nõ adiuti
 in peiora labebantur. Ideo enim lex dicebatur
 Hebr. 7. infirma & egena, & quòd neminẽ posset ad per-
 Hebr. 8. fectum adducere, vt quę vmbra esset, nõ ipsa rei
 veritas. ¶ Iam nulla erat veteribus Iudeis sacra-
 Cõcil. Flo. menta: quę gratiam animę tribuerent, quę lumẽ
 inferrẽt intellectui, quę ignem supponerent ap-
 pectitui: tota versabatur lex vetus in quibusdam
 Hebr. 9. iustificationibus & culturis, non animę, sed car-
 Hebr. 10. nis. Impossibile enim est sanguine hyrcorũ aut
 taurorum auferri peccata.

Hęc cũ agnoscerent pauculi, illi qui tunc erant
 iusti: terram lachrimis rigabant, aërem gemitib⁹
 replebant, cœlum clamoribus pulsabant: vt mi-
 sericors Deus iam tandem tantę miserie opẽ fer-
 ret. Iacob dicebat, salutare tuũ expectabo Dñe.
 Gene. 49. Dauid dicebat. Deus misereatur nostri, & bene-
 Psal. 66. dicat nobis. & rursus: Ostẽdenobis Domine mi-
 Psal. 84. sericordiam tuam, & salutare tuum da nobis.
 Psal. 79. & iterum: Qui sedes super cherubim, mani-
 festare coram Benjamin & Manasse, excita po-
 tentiam tuam & veni, vt saluos facias nos. Isaias
 Ifai. 16. dicebat: Emitte agnum dominatorem terrę, de
 Ifai. 64. petra deserti ad môtẽ filię Sion. Et iterũ: vt inã
 disrumperes cœlos, & descenderes. Ieremias in-
 Ierem. 33. stabat, vt fideles sui tẽporis dicerent: Salua dñe
 populum tuũ, reliquias Israë. Stultus fuero si
 cuncta Prophetarum desideria & omnes eorum
 clamores recensere velim. Id adduxisse satis est,
 quod Salomõ pro ecclesia Canticum concinna-
 uit, cuius primi capituli prima verba, & vltimi

capituli prima etiã verba, immensum sui serua-
 toris proferunt desiderium. Canticum ita inci-
 pit. Osculetur me osculo oris sui. Ita vero finit.
 Quis mihi det te fratrem meum. & cęt

¶ Iam mecum lector cogita, si his tantis deside-
 rijs, si hominibus tãta miseria plenis, aliquis vo-
 ce excelsa in clamaret: O miseri hactenus mor-
 tales, ò viri habitates in Sodomis, & in regione
 vmbre mortis, ò vos omnes qui in inferno pau-
 lominus habitatis: letũ nuncium vobis affero,
 fœlix nũcium. Venit Seruator, adduxit secum
 omnia bona, depellet vĩa omnia mala. An non
 tibi videtur letissima hęc annunciatio? an non
 videtur nuncium, quod solum Euangelij no-
 mine dignum sit? an non hoc tale nuncium fuit,
 quale nec ante, nec postea simile audiet orbis?
 Hoc igitur est nuncium quod Mathęus Sacer,
 libro Sacro hominib⁹ recēset. Hoc est Euageliũ
 quod Mathęus enarrat. Idcirco meritissimẽ li-
 brum suũ, EVANGELIUM nominauit.

Porro totius Euangelij Sũma hęc est. Deus
 de cœlo descendit, charitate perpetua ductus,
 miserans nostri: carnẽ nostram sibi copulauit.
 ac ita homines ex inimicis Dei, amici facti sum⁹.
 Cum inimici essemus, inquit, recõciliati sumus
 Rom. 5. per mortem filij eius. Ex iumentis facti sumus
 filij, ipse enim spiritus testimonium reddit spiri-
 Rom. 8. tui nostro, quòd sumus filij Dei. Ex heredibus
 Rom. 8. inferni, heredẽs cœli facti sumus. Si enim filij,
 Rom. 8. & heredẽs. heredẽs quidẽ Dei, & cohæredẽs Chri-
 Rom. 5. sti Factum deniq; est per Christũ vt vbi abun-
 dauit delictũ, super abundaret & gratia. vt sicut
 regnavit peccatum in mortẽ: ita & gratia regnet
 per iustitiam, in vitam ęternam, per Christum.
 ¶ Hęc ò lector audis ita generatim collecta, eadẽ
 Rom. 7. audi aliquanto latius explicata. Sicut peccante
 I. Cor. 15. Adam, omnes peccauimus, & illo moriente, oēs
 nos mortui sumus. (mors enim in omnes per-
 transit) ita & carne nostra verbo Dei copulata,
 in Christo sumus oēs Christiani. Sumus enim
 facti eius mēbra. Ac ideo in eo omnes crucifixi,
 Colo. 2. omnes mortui, omnes sepulti, omnes suscitati
 Verba sunt Leon. pp. epif. 95. sumus. Eius igitur sanguis (quãtum ex se erat)
 iam mūdauit nostra delicta: eius mors & pœnẽ,
 (ex se) pœnas delictis nostris debitas exoluerũt:
 illo igitur Dei amico, nos sumus amici: quæ illi
 conueniunt, (iuxta modum nostrum) conue-
 niunt & nobis. Quid amplius videbatur optan-
 dum? sanẽ nihil. ¶ Sed audi. Constituit hic Ser-
 uator septem in ecclesia sua fontes, gratiæ plæ-
 nos. vt nemo sit, qui gratiã Dei cupiat, qui lucẽ
 Dei optet, qui iustitiam Dei desideret: qui non
 facile ex hisce fontibus haurire possit si velit.
 Haurietis, inquit Isa. aquas in gaudio de fontib⁹
 Ifai. 12. Saluatoris. idq; nõ magno sumptu, aut labore.
 Ifai. 55. Omnes sitientes venite ad aquas, & qui nõ ha-
 Concil. Tridẽti, betis argentum venite. & cęt. Certẽ in baptismo
 Concil. Florent. vt filius dei efficiaris, id vnum requiritur, vt pec-
 cata quæ fecisti nõ tibi placeãt, sed odio aliquo
 prosequaris. quam vili prætio, quanta gratia cõ-
 para

Cōcil. Flo. paratur in pœnitētia id requiritur, vt doleas cōmissa fugiturus cōmittenda. o immensas opes. o cœlestes diuitias! quid verò memorem fontem gratiarum Eucharistiā? vbi Dominus omnibus populis facit conuiuium, conuiuium pinguiū, medullatorū. taceo reliqua. ¶ Nec solū Christus Sacros septem Sacramentorum fontes instituit in ecclesia sua: voluit etiam mille alios fonticulos esse qui gratiā quadatenus proferunt, videlicet aquā benedictā, Crucē sacra, orationem Dominicam: & alia multa quæ ecclesia ex Christi autoritate fundauit. Vt nihil aliud nūc videatur ecclesia quam terra aquis refertissima, quæ vltra vberes torrentes aquarum, scaturiginibus vndiq; manat: ita ecclesia vndiq; gratiā exhibet cunctis. ¶ Addidit Dominus benefacere nobis. Theologiam cœlestē reliquit in quatuor Euāgelijis, & suorū Apostolorū epistolis, vt impleretur pphētia: impleta est terra sciētia Domini quæ quidem scientia non est ambagiosa, nō velata figuris, non de errore suspecta: sed in his quæ saluti necessaria sunt, adeo planam ostendit viā: vt nec cœcus possit errare per eam. Vt vaticinium Isaie impleretur: In cubilibus, inquit, vbi habitabāt dracones (dæmones scilicet qui habitabāt in templis idolorū) orietur viror iunci & calami (adeo omnia erunt aquis gratiæ plena) & erit ibi semita & via: Via sancta vocabitur. (Quid enim Sanctius Dei & proximi dilectione, quæ via Christiana est?) erit vobis directa via, vt stulti non errent per eam. Et Iere. 31. Jeremias canit. In fletu venient, & in misericordia reducam eos, & adducam eos per torrentes aquarum, in via recta, & non impingent in ea: quia factus sum Israël ipater. ¶ Addidit Dominus, vt misericordias cumlaret. Præstitit se nobis viuum & efficax totius iustitiæ exemplum. Vt si quod à cunctis mortalibus virtutū specimē præbitū est, multo luculētius in Christo resplēderet: ideo enim doctor iustitiæ fuerat decātatus. Erūt, inquit Isai. oculi tui videntes præceptorem tuū. Non dixit, solæ audient aures, sed videbunt oculi tui. Vnde & Isai. dicit: Ipsi videbunt gloriā Dñi, & decorem Dei nostri, quia videlicet iustitia & sanctitas quæ in cœlo est, eadē ab hominibus in terra visa est, in facie scilicet Christi: vt Paulus dicit. ¶ Nec his Dominus contentus, hominē nostrum veterem debilitauit, imò ligauit & crucifixit. dicit Rom. 6. Paul⁹: hoc sciētes quod vetus homo noster simul cum eo crucifixus est: videlicet, quia tā copiosè gratiam in corda suorū effudit, vt iam non regnet peccatū in nostro mortali corpore: imò potius regnet Christus, quia iam non sumus sub lege, quæ erat virtus peccati, id est, irritamentū nostræ cupiditatis. Sed sumus sub gratia, quæ potētius inclināt nos ad sanctitatem, quā cupiditas ad iniquitatem. Sentiunt ferè viri sanctissimi vim spiritus sancti, tam vehementē, vt cupiditatis vires aut nō sentiant aut leuiter sentiant: quia iuxta Rom. 8. Apostolum, lex spiritus vitæ in Christo, liberat eos à lege, à tyrannide, à sceptro cupiditatis,

peccati & mortis. ¶ Adiecit & aliud suæ omnipotentis indicium, fugauit dæmonem olim mūdi rectore & principē. Ita enim ipse dixit: nūc iudiciū est mūdi, nūc princeps huius mūdi eijcietur foras. Erat demō fortis ille armat⁹, q̄ custodiebat attriū suū & in pace tenebat omnia sua. At cū potentior Christus superuenit, vicit eū, viiuerſaq; eius arma quib⁹ ille fidebat, abstulit. Arma enim sua erāt, hominum ignorantia, homo vetus, (caro scilicet nostra,) & vicia quibus homines fordidī erāt. Ita planē intelligit, qui antiquas legit historias. Vbi enim terrarū non erant idola, dæmonūq; delubra? Vbi non erant diuinationes, & tripodū respōsa? Quam verò nūc his terra vacua sit, nemo est qui ignoret. Fateor, dæmones etiā nūc rabiem suam contra pios exercere: sed eam mulierculę & homūciones retundunt, & contēnunt. Siquidem ad nominis Iesu sonitum, multæ dæmonum myriades terga vertunt, & fugiunt. ¶ Nec his factis destitit. Ascendit in cœlū, ibi interpellat pro nobis. Vbi nec de interpellantis affectu dubites, si quidē sanguinem & vitā pro nobis effudit: Nec de obtinendis his quæ rogarit, dubitare licet: si enim in terra exauditus est pro sua reuerentia, quāto vehementius exaudietur in cœlo? Introiit inquit Paulus, in cœlum, (vera rerū omnium sancta) vt appareat nunc vultui Dei pro nobis, & sicut Pontifex vetus, sanguinem ferens cum introibat in sancta, Deum placabat: Ita Pontifex noster, non brutum sanguinem, sed diuinum (id est suum) ferens in cœlū, multo magis Deū placabit. Rectē Paulus: Christus est quē Deus pposuit propitiatorium perfidem in sanguine ipsius, videlicet vt omnis qui haberet fidē passionis Christi, inciperet Deū sibi habere propiciū, nisi culpa mortalis impediāt. ¶ Videri cuique poterat, his à Christo gestis, nihil iam reliquū esse faciendū. Cumlauit Dominus hæc omnia dona. Effudit in suos spiritū sanctū abundē: quo miraculo, attonitus debuerat mūdus reddi. Veniēte enim spiritu hoc, veniunt virtutes quas Theologi, Theologicas vocāt: veniunt etiā virtutes aliæ morales infusæ: veniebāt olim innumera dona, linguarū, prophetiæ, interpretationū & reliqua. Quid? veniēte spiritu sancto venit tota trinitas in animā. Vt verū sit Domini promissum, Ad eum veniemus, & mansionē apud eum faciemus. Iam si animā Deo & diuinis donis plenā inspicias, videbis completū id quod olim dixit Isaias: Gaudēs gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo, quia induit me vestimentis salutis, & indumēto iustitiæ circūdedit me. (Videlicet quia induit animā ipsā diuinitate) quasi sponsū decoratū corona, & quasi spōsam ornatā monilibus suis. (Virtutes siquidē & dona infusa, sunt monilia & corona sponſorū.) Id quod etiam Jeremias prædixit: Rursum (inquit Deus) ædificabo te, & ædificaberis, adhuc ornaberis tympanis tuis, virgo filia Israël, & infra. Erit anima tua, sicut hortus irriguus, & vltra non esuriet. Tympana enim virtutes sūt, quib⁹ Deus placatur. Exod. 28.

Ephes. 6.
Ioan. 12.
Luc. 11.
Marci ult.
Hebr. 5.
Ad hebr. 9.
Eodem.
Rom. 3.
Act. 2.
Ioan. 14.
Isai. 61.
Ierem. 31.
Exod. 28.

Eademq; sunt pulcherrimæ arbores animæ nostræ, quibus melius anima conferitur: quâ paradisus olim fuit con situs arboribus suis. Demum si animam ita ornatam spectare liceret, videres quâ verè sponsus in Canticis eam laudet, dicēs: Hortus conclusus soror mea, hortus conclusus, fons signatus, emissiones tuę paradisus. &c. Et planè cum ego animaduerto eas blanditias, eas dulcedines quas piæ animæ sentiunt, illos suos vehemētes amores, non possum nō obstupescere, sentiens Deum: velut amore captiuum, velut depereuntem animas nostras.

Igitur per Christū non solum peccata ablata sunt, non solum tenebræ à terra disparuerunt, non solū dæmō fugatus est, nō solū caro nostra est debilitata: Sed etiam opes diuinæ in animas nostras effusæ. Imo (ò rem stupendā) ipse Deus nostri amans, in animas nostras effusus est. ¶ En tibi quam lētum nuncium per Mathēū offertur.

Sed ò mortaliū ignorātiā, ingratiudinē, & stupiditatem: Ad hęc omnia conuiuemus. Non æstimamus has opes. non curamus Euāgelium, nō agimus gratias tantę Christi dignationi: tanto Dei erga nos amori. Imò nec tanta cognoscimus in nos bona collata. Erat Ioseph rex Ægypti, in eius manu erant omnia ægyptiaca bona: at id eius fratres non agnoscebant, & ideo fame peribāt. Ita planè Christus, Ioseph noster, omnia bona in manu habet. Nos verò nec id nouimus, nec curamus, & paupertate summa præmimur.

Planè similes sumus Iudęis illis: cōtra quos Rex Syrus venerat, & grandi penuria affixerat. At Dominus Syrū fugauerat, & exterorū verterat castra. idq; ignorabant Iudęi. Erāt hostiū castra vacua, diuitijs refertissima: interim Iudęi extrema affliguntur inopia: ita & nos opprimebamur ab hostibus inferni: fugauit Dominus hostes: magna in eorum castris nobis bona parauit, sed nos esurimus. Vtinam sicut tunc, ita & nunc veniant pauperes aliqui & claudi, qui ad portā ciuitatis eleemosinam petant, vt mysteriū Euangelij, eiusq; diuitias nobis exponant. Pauperes hi: prædicatores sunt, qui nisi pauperes spiritu sint, & ex lueta cū Iacob redditi claudi, & extra portam ciuitatis, improperiū Christi portarint à Domino eleemosinas petētes, idonei nō erūt, qui dignè mysterium hoc nobis annuncient.

Finiam si hoc vnicum adiecero. Cum audis ò Christiane Christum, nō rem intelligas simplicē vt cum audis Alexandrū, aut Iuliū, aut Octauianum. Sed intellige prius te ipsum Dei inimicū, tantum nō dæmonē effectum, omnibus scilicet malis refertissimū. Tunc intellige Christum, qui te amicum Deo effecit, tantumque non Deum omnibus scilicet bonis cumulatissimum. Hactenus de voce & mysterio Euangelij.

Quæri hīc solet, an hoc Mathæi Euangelium Hebraicè scriptum sit: & quidē nōnulli asserunt Grecè à Mathēo conscriptū, non hebraicè. Afferunt rationes: Altera est: Quia Mathæus cap. 1.

dicit: Vocabitur Emanuel, id est, nobiscū Deus. At si hebraicè scripsisset nō erat necesse id interpretari, imò esset interpretari idē per idem. Posterior est, quia cap. 27. interpretatur Mathæus illā vocem Domini. Eli Eli. quod est inquit: Deus meus Deus meus. At non erat declaranda vox hebræa, per se ipsam. Porro contraria sententia verissima est. Sine dubio Mathæus, hebraicè scripsit. Afferit id Hierony. in vita Mathæ. August. lib. j. de consensu Euan. c. 2. & lib. ij. c. 66. Chrysost. homil. in Mathæ. 1. Theophy. in præfatione super Mathæ. Euthy. etiam eo. & Christianus Druthmarus in prologo Mathæi. Adde Symonem Casiā. lib. j. c. 5. Agnoscit & Vala in Annot. sup Mathæū. ¶ Iā si argumētilla in cōtrarium adducta quidpiā pbarēt: probarent etiam Genesin non fuisse hebraicè descriptā. Sic enim habetur c. 31. appellatū est nomē eius galaad, id est, tumulus testis, siue aceruus testimonij. & Exod. 16. manhu: quod significat, qd est hoc. ¶ Neq; verò argumēta sunt nimis difficilis expeditionis. Cū enim vocabulū Immanuel constet ex tribus dictionibus quarū vltima est, el: & hæc hebræis significet tū Deum, tum fortē, tū etiam istū. qui audiebat hebræū Immanuel, poterat intelligere, nobiscū Deus. nobiscū fortis, aut nobiscum iste. quid ergo absurdi fuerat, Mathæum, nomen multa significans, explicasse per vocabulū Adonai, aut Iehouah, quod Deū tantū significaret? Quod ipsum in illo Domini clamore contingere poterat. licet & hīc alia ratio sit. Cum enim ex viris doctis, quibus suffragantur vetusta exēplaria, Dominus clamauerit nō hebraicè purè, Sed chaldaicè, nihil erat ineptū Mathæū clamorem chaldaicè platū, hebraicè explicauisse. Ita enim clamauit: Eli, Eli, lama Sabaqtani, quod chaldaicū ita hebræè explicatur, Eli eli lama hazabtani.

CAPVT. I. Liber generationis.



VM Lector audis: *Liber generationis Christi.* Tuos oculos surrige, & intellige: quod sicut Moses edidit librum, quo mundi, cœli, & terræ, auium, pisciū, plantarū, animalium, & tandem hominis Genesim recensuit: quo libro, veteris mundi generatio continetur: ita & Mathæus hoc libro, noui cuiusdam orbis, nouę creaturæ, nouę Ecclesię, nouę legis, noui Pōtificis, nouorū Apostolorū, nouarū virtutū, & tandem nouorū hominū generationem recensere contēdit. Ita dictū fuerat à Deo per Isaiam. Ecce

ego creo cœlos novos, & terram nouam: & non erūt in memoria priora: nō ascendent super cor sed gaudebitis & exultabitis in sempiternum, in his quæ ego creo. Quibus verbis significatū est,

mundū hunc nouū, tanto quā antiquus, futurū maiore: vt antiquus nouo collatus non hominū sit memoria dignus. ¶ Et equidē liber quo Moses totius mūdi generationem complectitur, ab ipso Mose, Liber generationis Adā, vocatus est. Quia videlicet, quæ mundi ambitu continentur, Ade gratia facta sunt: vt cū Regi regia preparatur: ita Euangelista Mathæus, librū quo mundi cælestis ac Diuini, nouū ortū describit, Librū generationis Christi nominauit. quia videlicet, noua Ecclesia, noui Apostoli, & demū quicquid nouum, nouus mūd⁹ cōplectitur, Christi regis noui gratia conditū est. ¶ Planē Apostolus habet: In Christo omnia sunt condita. & itē, omnia per ipsum & in ipso creata sunt. quæ verba tametsi de Christi Diuinitate intelligantur, aliquanto tamē sublimius de Christo homine intelligi credo. Quod vt ego explicem, hinc exordiar. Psaltes habet, quōd Deus pedibus hominis cuncta subiecit: erat igitur homo dominus cūctorum. Qualis ergo ipse erat, talia erant cuncta sibi subiecta. At erat ille de terra terrenus, & temporarius: erant ergo terrena & temporalia, quæ illi subdebātur. Fit enim vt domini ingeniū referant serui. Postquam verō Christus in Maria formatus est, Pater æternus omnia illi subiecit, vt Paulus dicit: Math. vlti. & ipse Christus testatus est, dicens. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Christo igitur nūc omnia subdūtur, quæ Ade olim subdebātur. Ergo si erant illa terrena, quia homini seruibāt terreno: erunt nunc quadā ratione cælestia & diuina, quia Christo cælesti verōq; Deo subdūtur. Eleganter enim dictū est, quōd per Christi incarnationē totū vniuersum eleuatū est, id est, nouū quoddā esse, & velut splendore diuinum cuncta sumpserūt. si nouum esse receperūt: sunt igitur omnia condita in Christo: vel vt Apostolus habet, sunt omnia in Christo instaurata, quæ in cælis, & quæ in terris. Ergo liber generationis Christi, est liber instauracionis rerum, est liber noui cuiusdā generationis rerum. Qua res nouum quoddam esse in Christo sumpserūt: ex obsequio Ade terreni (velut Ioseph, ex ergastulo) in melioris Dñi obsequiū translatę. vt verum sit quod Paulus dicit: qualis terrenus, tales & terreni, qualis cælestis, tales & cælestes. Sicut ergo portauimus imaginē terreni, ita portemus imaginē & cælestis. Habes igitur lector in hoc huius libri titulo, scilicet Liber generationis Christi, & nouū orbem per Christi generationem effectum, & mundum hunc vetustum, per eandem Christi generationem innouatum.

Secundō, tuos oculos nunc attolle, non ad nouū orbē formatū: sed ad Christum in Mariæ gremio genitū. Sanē ante mūdū genitū erat nihil. Fecit Deus mundū: eiq; suum esse dedit: Quā Dei magnificentia Philosophi admirati sunt. At profecto non dedit Dñs esse suū cōditis a se rebus sed esse quoddā creatū fecit, suū esse increato simile, quod rebus creatis communicauit. At in ventre Mariæ longē aliud.

Non enim humanitati Christi Deus largitus est esse creatū, sed suū ipsissimū esse increatū. O' verè singularē & incōparabilē Christi generationem! qua factū est, vt humanitas non in suo esse subsisteret, sed illo eodemq; esse subsisteret, quo subsistit ipse Deus. ¶ Iā verò si Christ⁹ quatenus homo esse diuinū habet, nosq; huius cælestis hominis mēbra sumus, an nō cōsequens est, vt nos idē esse habeamus p gratiā quod ille habet secundū personā? Equidē, sicut in Adā omnes formati quodāmodo sumus (siquidē in ipso omnes peccauimus) ita in Christo pij omnes formati sunt, (siquidē in ipso benedicuntur omnes gētes, & benedicuntur in ipso omnes fines terre, & benedixit nos in ipso Pater omni benedictione spirituali. ¶ Habes igitur lector per Christi generationem, summū omniū miraculum, quo factum est vt sit homo Deus. quo etiam factum est, vt homines qui volent, sint summi capitis membra diuina.

Tertiō nota: quod Genesis. 5. iuxta Hebręos dicitur: Hic est liber generationum hominis. licet enim Adam esset vnicus homo, at in Adam recēsetur & Heua. ideo enim infertur: Hic est liber generationū Adā, in die qua creauit Deus hominē, masculum & fœminā creauit eos. Cum igitur Mathæus librum generationis Christi scripserit responsalē libro generationis Adam, fit vt liber hic non solū sit liber generationis Christi sponsi, sed etiam Ecclesiæ, quā ille accepit sponsam. (Nec enim bonū est hominem esse solū.) Ergo nato Christo consequens est vt nascantur Christiani, quorum animas Christo despondeat Paulus: & quia sponsi bona, sponsæ cōmunia sunt ex lege, nato rege Christo: nascetur etiā ei⁹ spōsa regina. Vide rerū versam vicē. Animę ante Christū incarnatum, erant sub rege tyrāno captiue. sed antequam puer sciat vocare patrem & matrē, auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samariæ. Abstulit puer natus animas quas fortis armatus seruabat, sponsauit eas sibi, fecitque eas omnium reginas, & dominas.

Quartō nota: quod sicut generatio Christi secundū diuinitatem, licet in vtero Patris ante luciferū perfecta fuerit, adhuc tamē durat, perpetuūq; durabit: iuxta illud, ego hodie genui te: ita & generatio Christi secundū humanitatem, licet in vtero matris perfecta fuerit, in vtero tamen Ecclesiæ adhuc durat, durabitq; donec omnes occurramus in virum perfectū, in mēsurā ætatis plenitudinis Christi. Interin enim quod mūdus durat, formatur Christus in nobis. Imò non solum formatur Christus in Ecclesia, sed & in quauis anima pia: quæ vt Christū per fidem viuā concipit: ita & eū per opera sancta perficit. Ergo liber iste liber est generationis Christi, non solū in Maria sed & in Ecclesia, sed & in anima. Quæ si tam fœlicis partus & gignendi & formandi fuerit ambitiosa, habet in hoc libro modū, quo sui compos fiat desiderij. Videlicet si virgo fuerit, vt erat Maria: siq; verbo Domini vt ancilla paruerit: vt erat obedire parata Maria.

Genes. 5.

Coloss. 1.

Psal. 8.

1. Corin. 15.

1. Corin. 15.

Math. vlti.

Caietanus. 3. p. quæst. 1. artic. 1.

Ephes. 1.

Genes. 41.

1. Corin. 15.

Rom. 5.

Genes. 22.

Psal. 74.

Ephes. 1.

Rom. 12.

Genes. 5.

Genes. 2.

2. Corin. 12.

Isaie. 8.

Lucæ. 11.

Psal. 109.

Psal. 2.

Ephes. 4.

Galat. 4.

Math. 1.

Lucæ. 1.

Sed nos nihil tā præclaram moramur sobolem.

Quintò, non solum spectes hanc Christi generationem, ex vtero virginis, spectata etiā eam ex vtero legis. Lex certe erat vterus quidam virū hunc suo nixu parturiens. Illę ceremonię, illę vmbre, illę figurę, illa demum legalia cuncta, quasi in vtero Christū clauderant, suo tēpore reuelandū. Et quidē cū in Marię vtero Christus genit⁹ est, Lex ē suo vmbatili vtero, in Marię vterū Christū effudit. Igitur, sicut tēpore nō Ecclesia Christū parturit, eritq; hui⁹ partus effusio plena in finali iudicio: ita & olim lex vetus parturiebat Christū, donec in Marię aluū illū effunderet. Rectē ergo colligas, quōd ab orbe lapso, vsq; ad eius finē, nihil aliud fit, nisi Christi generatio, eiusdemq; parturitiō. Vt ipse reuera sit primogenitus & vnigenitus omnis creature. Non solum quia ipse est ante omnem creaturā: sed etiam quia omnes eum creaturę in nobis parturiunt. Parturiebat enim illū antiqua lex, sicut nunc (licet diuersa ratione) parturit Ecclesia. Paulus dicit: Omnis creaturā igemiscit, & parturit vsq; adhuc, imō & nos qui primitias spūs habemus, adoptionem filiorum Dei. Omnis igitur creatura parturit Christianos, & Christum in Christianis. Christus ergo ex patris vtero, in legis vterum venit. Ex quo in ventrem virginis, ex quo in ventrem Ecclesię: effundēdus ex ipso in eternitatis lucē. Meritō igitur vocatur Dñs alpha, & ω, principiū & finis. Ipse. n. ex vteto Patris prim⁹, ante luciferū effusus est. Ipse demū in suis fidelibus ex vtero Ecclesię in sui Patris gremiū vltimus refunditur. Quare & dies iudicij regeneratio dicitur. Dicēte Domino: In regeneratione, cū sederit filius hominis. Nec tamē dicit, cuius regeneratio sit. in nuens, regenerationem esse suā, non in se, sed in membris suis. Cum ergo audis *Liber generationis Iesu Christi*. Intellige Christū ex legis vtero, ex vmbis, ex nubibus iā prodiisse. Lucē post tenebras: corpus post vmbas: veritatē post figuras: cælū post terrena: spiritū post carnē & literam: Finis enim legis Christus. Sed progrediamur,

I E S V.

Iesus, vulgo deducitur à verbo Iasah, quod saluum esse significat. Vnde Iesuah, siue Iesus, significat salutem, aut salutare. Quod verbum cantauit Virgo dicens: Exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. & Abacuc, cū dixit: Exultabo in Deo Iesu, (id est, salutari) meo: quare & rectē Angelus, vocabis nomen eius Iesum, id est, Salutē: ipse enim saluū faciet populū, à peccatis eorum. ¶ Sunt tamē qui Iesu, nō deducant à verbo Iasah: sed à nomine Dei tetragrāmato, scilicet I E H O V A. Cui si literam. S. interijcias, efficis nomē I E H O S V A. quod idem est ac I E S V. Volunt igitur, quōd nomen veri Dei, sumat literam. S. quæ Iudæis est ad modum lampadis olearię (est enim hæc Sin. Vt Christus ex nomine Dei, Deus sit. ex litera verò pietatis & humanitatis, sit homo. ¶ Sed hæc non sunt tam vera quam pulchra. Nam Iesus, quod adhuc durat in

titulo crucis, scribitur vt deriuatur à Iosah, non I E H O V A. habet enim literam hain, quam Iehoua non suscipit. Tum quia Angelus dixit vocabis nomē eius Iesum. cuius rationē subdit quia ipse saluabit: Ergo nomē ab Angelo dictū significabat salutē, quā nomē Iehoua non significat. significat enim Iehoua esse. Tum tertio, quia Iesus ille, siue Iosue dux Iudęorū, & typus Christi, nō fuit vocatus Iesus ex nomine Iehoua, sed ex verbo Iasah: vt certū his est, qui hebraismū vel ex limine salutarunt. Demū August. non deriuauit nomen Iesus ex Iehoua, sed ex verbo, saluauit. vt est videre sermone. S. de verbis Apost. & serm. 131. de tēpore: & maximē. 17. de ciuitate. capit. 18. ¶ Porro licet Angelus dixerit causam, cur Iesus nominatus sit, egebat tamē egregio doctore, qui eam causam explicasset. Sed interim Christus dicitur Iesus, id est, salus, quia saluat. Si igitur saluat à peccatis, ergo peccata languores sunt. nulli maior languor, quā vbi peccatū. Vt enim conterit lapis testā, sic peccatū animā. Christus igitur salus à peccatis, quia sanat cōtritos corde, & alligat cōtritiones eorū. Item vt latrones percusserunt hominē descendētē è Hierusalē, & semiuiuū reliquerunt: ita peccatū ferit animam, & semiuiuā relinquit. Christus verò salus à peccatis, quia infundit vinū & oleū quibus homo sanetur. Item leo circuit & deuorat peccatorem. Christus verò è ventre huius leonis, imō & inferi extrahit deuoratū, sal⁹ ergo est. Demū tu pspice omnes languores, qui corpus infestant, quos sanauit Dominus in hoc seculo viuēs: & his peiores esse crede animæ infirmitates, quas quotidie sanat, in cælo cōsistēs. ¶ Rectissimē igitur Christus sibi nomē Iesu accepit, quo nullū maius aut congruentius accipere poterat. Sicut & nobiles illi Romani nomina illustria vsurparūt. Accipit ille nomē Africani. ille Gothici. ille Asiatici. accipit Christus nomē Seruatoris. Gentiles sumunt nomē à destructis gentibus, Christus à reparatis. ¶ Nec te turbet, quod dixerim hoc nomine nullum esse maius: Siquidē maius fuit saluare peccatores, quā condere vniuersum. Dū orbem cōdit, Christus nihil patitur, nihil sudat, nihil laborat. At dū saluat peccatores laborat, sudat, moritur. vulneratus enim est & attritus propter scelera nostra. Ipse ait, oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriā suā, non quōd, si solū Christū spectes, vt gloriā haberet erat ipsum pati necesse. Si quidem gloriā habuit sibi, ex quo conceptus est in virginis aluo. Sed oportuit pati vt nobiscū in gloriā intraret. Vides igitur multo maius esse, seruare quā condere. Quod etiā hinc intelligere licet, cū condit terrena, nihil aliud facit, quā terrenis largiri esse naturale, At cū seruat peccatores, largitur esse gratiæ, diuinū, & supernaturale. ¶ Iā nullū nomē est, in quo oporteat nos saluos fieri, nisi in nomine Iesu. Itaq; tēporibus Christi, non est satis Deū inuocare, nisi & Iesum inuoces. Patet enim omne iudiciū dedit filio, vt omnes glorificent filiū, sicut eatenus glorificauerant Patrē.

¶ Rursum

Math. 2.

Coloss. 1.

Roma. 8.

Apocal. 1.

Psal. 109.

Math. 19.

Rom. 10.

Luce. 1.

Abacuc. vi.

Math. 1.

Psal. 146.

Luce. 10.

1. Petri. 3.

Sapient. 50.

Math. 4.

Isaic. 53.

Luce. 24.

Acto. 4.

Ioanis. 3.

Philipp. 2. Rursum non est nomē, quod cœlestia, terrena, & inferna venerentur cernua, nisi nomen Iesu. Adeo vt si fieri posset, Deus ipse veneraretur nomen eius, qui ita Deum ipse veneratus est.

Christi. Hebræum vocabulum Mesiāh, significat Græcis Christum, Latinis vnctum. Idem ergo est, Christi, & vncti. Porro Hebræis vngebantur futuri reges, Sacerdotes & Prophetæ. Saul vngitur in regem. 1. Reg. 10. & item Dauid 1. Reg. 16. & Salomon. 3. Reg. 1. De vnctione Sacerdotū, habetur Læui. 8. & clarius Exod. 29. Vbi Dominus ad Mosen oleū vnctionis fundes super caput eius, atq; hoc ritu consecrabitur. de quo oleo dictū est Sicut vnguētum in capite, quod descendit in barbā. &c. De vnctione prophetarū habes 2. Reg. 19. Vbi Helias Heliseum ex Domini mandato vngit in prophetā. Iā oleo vngebantur res vt sacræ essent: vt habetur Exod. 40. & Læui. 3. & 8.

Psal. 132.

Oleū verò quo res hæ omnes inungebantur non erat simplex, sed cōmixtū: vt habetur Exod. 30. Erat itaq; cōfectū ex myrrha electa ad 500. siclos, & ex cynamomo ad 250. & calamo ad eandē mensurā, & Cassia ad 500. & oleo oliuæ ad mensurā hin. Porro fatemur Christū hoc materiali oleo non fuisse vnctū. inde verò non consequitur, ipsum vocandum non fuisse Christum. Siquidem Abraham & eius filij vocantur in Psalmo vncti, siue Christi: sed Iudæi non docebant, hoc fuisse oleo corporali delinitos. Dicit verò Psalmus: Nolite tangere Christos meos, id est, vnctos meos. Quod si Patriarchæ hoc oleo terreno vncti non fuerunt, sed spirituali: idem permittant nobis de nostro Christo dicere. Nec enim placuit Deo Christum nostrū iuxta ritū Leuiticū inungi siquidem non erat futur⁹ Sacerdos secūdū ordinē Aarō, sed iuxta ordinē Melchisedec. Vbi igitur regnū & sacerdotiū æternū est, necessariū fit, vt oleū sit etiā æternū, quæ illud hebræū non erat. Oleū igitur quo Christus secūdū humanitatē vnctus fuit, spiritus sctus est. iuxta illud: Spirit⁹ Dñi sup me, eo quod vnxit me. Ad euangelizandū pauperibus misit me. (En tibi prophetica functio) vt mederer contritis corde. (En Sacerdotale munus seu pastorale.) Vt darē coronā pro cinere, & palliū gaudiipro mœrore. (Hoc regiū est, vt planè habetur 2. Reg. 1. in monodia, quā Dauid sup Saul decātauit, dicens, filiæ Israël super Saul flete, qui vestiebat vos coccino, qui præbebat ornāmēta aurea cultui vestro.) Est igitur spiritus sanctus oleū exultationis, quo Iesus vnctus est: teste Petro, qui Actorū. 10. dicit: Vos scitis Iesum à Nazareth, quomodo vnxit eum Deus spiritu sancto. Iam cū spiritus sctus Deus sit, apertū est, functiones oēs Christi fuisse & esse diuinas. Et licet multi fuerint vncti, & ideo Christivocati (sicut etiā multi sunt vocati Iesus: vt Iesus Naue, & Iesus Sirach,) at hæc duo vocabula, IESVS & CHRISTVS, (per emphasin de Christo dicuntur, quia vt est rex regū, & sacerdos sacerdotū: ita est vnctus vnctorum. imò in nouo

Psal. 104.

testamento, vnicus est ille nobis rex, vnicus & Sacerdos: Inquit enim Apostolus: alij plures facti sunt sacerdotes, quia morte prohibētur permanere. Hic autē, id est, Christus, quia manet in eternū, sempiternū habet sacerdotiū, estq; ideo vnicus sacerdos. Quod si nos etiam sumus sacerdotes est ille in nobis: vt enim vnica hostia est, quam ille & quam nos offerimus, ita & vnus est Sacerdos. Sumus enim nos vnum in illo, membra scilicet cum capite.

Psal. 109.

At longa quærela est, cur Dauid præpositus est Abrahæ: & quidem plana respōsio erat, quod Iudæi non iactabant suū Mesiā: vt filiū Abrahæ, sed vt filiū Dauidis. Nam Sacerdotes rogati de Christo, cuius filius sit? Respōdēt, Dauid, vt habes Math. 22 & dū ceteri clamant, dicunt: Iesu fili Dauid miserere nostri. Math. 9. & Chananea itidē & pueri dicūt: Osana filio Dauid infra 21. Imò & Angelus ipse dicit ad Mariam: Dabit illi Dñs Deus sedē Dauid patris eius. At redit quæstio, cur filius Dauidis potius Christus dicatur, quā Abrahæ? Ad hoc respōsio est: Quia Abrahæ promissio facta non est, qualis Dauidi. Dauidi enim promittitur regnū eternū, nunquā abolendum. dicitur enim Psal. 88. Semeliuravi in sancto meo si Dauid mentiar. Semē eius in eternū manebit, & thronus eius sicut sol. Iuravit Dñs Dauidi regnū non cessaturū. Cessauerat in Saule. Cessauerat in Persis, Medis. at Dauidi regnum promittitur eternū. Porro promissio hæc vana fuerat & mēdax: si de filiis Dauid carnalib⁹ intelligeretur. at efficax inuenitur in Christo, cuius regnum & monarchia æterna erit. Quod in Esaia habetur: Sup soliū Dauid, & regnū eius sedebit, vt cōfirmet, & corroboret illud amodo, & vsq; in sempiternū. Et in Ieremia habetur: Si irritum potest fieri pactū meū cum die & cū nocte: pactū meū irritū esse poterit cū Dauid seruo meo: vt non sit ex eo filius qui regnet in throno eius. Est igitur Christus filius Dauidis illius, cui æternitas regni in Christo promissa est. Secundò Christus dicitur filius Dauid, quia Dauidi fuit in multis similis. Christus pastor sicut Dauid: Percussit diabolū, sicut Dauid philistæum. Eruit agnos &

Isai. 61.

Refricatur Dauidis & Abrahæ memoria, quia Deus nihil habet antiquius erga homines, quā quod fidelis habeatur in verbis suis. Vt ergo Mathæus doceat, Deum fidelē fuisse Dauidi & Abrahæ, quibus Christū pmisit: ideo de his specialis mētio fit. Id cecinit virgo: Sicut loquutus est ad Patres nostros, Abraham & semini eius. Et Zacharias Baptiste pater. Iurandum quod iurauit ad Abraham &c. Secundò, de his duobus mentio fit. Fortasse enim his duobus meliores antiqua non tulit ætas. Certè Dauid vir fuit secundum cor Dei. De Abraham verò dictum est, quod sit pater credentiū per præputiū. Fuit igitur Christus ex matre omnium fœminarū optima: tum ex patentibus suæ gentis summis.

Psal. 44

At longa quærela est, cur Dauid præpositus est Abrahæ: & quidem plana respōsio erat, quod Iudæi non iactabant suū Mesiā: vt filiū Abrahæ, sed vt filiū Dauidis. Nam Sacerdotes rogati de Christo, cuius filius sit? Respōdēt, Dauid, vt habes Math. 22 & dū ceteri clamant, dicunt: Iesu fili Dauid miserere nostri. Math. 9. & Chananea itidē & pueri dicūt: Osana filio Dauid infra 21. Imò & Angelus ipse dicit ad Mariam: Dabit illi Dñs Deus sedē Dauid patris eius. At redit quæstio, cur filius Dauidis potius Christus dicatur, quā Abrahæ? Ad hoc respōsio est: Quia Abrahæ promissio facta non est, qualis Dauidi. Dauidi enim promittitur regnū eternū, nunquā abolendum. dicitur enim Psal. 88. Semeliuravi in sancto meo si Dauid mentiar. Semē eius in eternū manebit, & thronus eius sicut sol. Iuravit Dñs Dauidi regnū non cessaturū. Cessauerat in Saule. Cessauerat in Persis, Medis. at Dauidi regnum promittitur eternū. Porro promissio hæc vana fuerat & mēdax: si de filiis Dauid carnalib⁹ intelligeretur. at efficax inuenitur in Christo, cuius regnum & monarchia æterna erit. Quod in Esaia habetur: Sup soliū Dauid, & regnū eius sedebit, vt cōfirmet, & corroboret illud amodo, & vsq; in sempiternū. Et in Ieremia habetur: Si irritum potest fieri pactū meū cum die & cū nocte: pactū meū irritū esse poterit cū Dauid seruo meo: vt non sit ex eo filius qui regnet in throno eius. Est igitur Christus filius Dauidis illius, cui æternitas regni in Christo promissa est. Secundò Christus dicitur filius Dauid, quia Dauidi fuit in multis similis. Christus pastor sicut Dauid: Percussit diabolū, sicut Dauid philistæum. Eruit agnos &

testamento, vnicus est ille nobis rex, vnicus & Sacerdos: Inquit enim Apostolus: alij plures facti sunt sacerdotes, quia morte prohibētur permanere. Hic autē, id est, Christus, quia manet in eternū, sempiternū habet sacerdotiū, estq; ideo vnicus sacerdos. Quod si nos etiam sumus sacerdotes est ille in nobis: vt enim vnica hostia est, quam ille & quam nos offerimus, ita & vnus est Sacerdos. Sumus enim nos vnum in illo, membra scilicet cum capite.

Filij Dauid, filij Abraham.

Refricatur Dauidis & Abrahæ memoria, quia Deus nihil habet antiquius erga homines, quā quod fidelis habeatur in verbis suis. Vt ergo Mathæus doceat, Deum fidelē fuisse Dauidi & Abrahæ, quibus Christū pmisit: ideo de his specialis mētio fit. Id cecinit virgo: Sicut loquutus est ad Patres nostros, Abraham & semini eius. Et Zacharias Baptiste pater. Iurandum quod iurauit ad Abraham &c. Secundò, de his duobus mentio fit. Fortasse enim his duobus meliores antiqua non tulit ætas. Certè Dauid vir fuit secundum cor Dei. De Abraham verò dictum est, quod sit pater credentiū per præputiū. Fuit igitur Christus ex matre omnium fœminarū optima: tum ex patentibus suæ gentis summis.

At longa quærela est, cur Dauid præpositus est Abrahæ: & quidem plana respōsio erat, quod Iudæi non iactabant suū Mesiā: vt filiū Abrahæ, sed vt filiū Dauidis. Nam Sacerdotes rogati de Christo, cuius filius sit? Respōdēt, Dauid, vt habes Math. 22 & dū ceteri clamant, dicunt: Iesu fili Dauid miserere nostri. Math. 9. & Chananea itidē & pueri dicūt: Osana filio Dauid infra 21. Imò & Angelus ipse dicit ad Mariam: Dabit illi Dñs Deus sedē Dauid patris eius. At redit quæstio, cur filius Dauidis potius Christus dicatur, quā Abrahæ? Ad hoc respōsio est: Quia Abrahæ promissio facta non est, qualis Dauidi. Dauidi enim promittitur regnū eternū, nunquā abolendum. dicitur enim Psal. 88. Semeliuravi in sancto meo si Dauid mentiar. Semē eius in eternū manebit, & thronus eius sicut sol. Iuravit Dñs Dauidi regnū non cessaturū. Cessauerat in Saule. Cessauerat in Persis, Medis. at Dauidi regnum promittitur eternū. Porro promissio hæc vana fuerat & mēdax: si de filiis Dauid carnalib⁹ intelligeretur. at efficax inuenitur in Christo, cuius regnum & monarchia æterna erit. Quod in Esaia habetur: Sup soliū Dauid, & regnū eius sedebit, vt cōfirmet, & corroboret illud amodo, & vsq; in sempiternū. Et in Ieremia habetur: Si irritum potest fieri pactū meū cum die & cū nocte: pactū meū irritū esse poterit cū Dauid seruo meo: vt non sit ex eo filius qui regnet in throno eius. Est igitur Christus filius Dauidis illius, cui æternitas regni in Christo promissa est. Secundò Christus dicitur filius Dauid, quia Dauidi fuit in multis similis. Christus pastor sicut Dauid: Percussit diabolū, sicut Dauid philistæum. Eruit agnos &

Hebr. 7.

Ioan. 17.

Psal. 144.

Luce. 2.

Luce. 1.

Act. 13.

Roma. 4.

Scis scis ad rom.

Isai. 9.

Sedes D.

Isai. 9.

Iere. 31. 33.

Psal. 77.

oues

Reg. 17. oues de ore diaboli, sicut David de ore leonis. Sed in hoc maximè est illi similis, quòd tot p̄s-
 furis & calamitatibus regnū sibi comparauit. Vt
 igitur regnum Saulis quod cessauit, typus fuit
 regni diaboli: Saul enim occidit sacerdotes Do-
 mini, persequebatur semper Dauidē, & in diebus
 eius non defuit vsura & dolus: ita & regnū Da-
 uidis typum gessit regni Christi. regnante enim
 Dauide regnauit iustitia, cult⁹ Dei, & Deus ipse.
 ¶ Tertiò Christus filius Dauid. quia sicut Dauid
 fuit hoc illustri nomine donatus, vt esset vir iu-
 xta cor Dei: ita & Christus vnicum illud habuit,
 quòd esset vir, in quo cōplacuit Patri. Certè mul-
 to propinquius & iuxta cor Dei, quàm Dauid.
 ¶ Quarto, multo magis è re nostra est, quòd
 Christus dicatur filius Dauid, quā Abrahæ: filius
 scilicet eius qui peccauit, quā eius, de cuius pecca-
 tis nulla fit mentio. Cū enim anima quæ Deum
 colere vult, efficiatur Christi mater, vt ipsemet
 Dñs dicit: Si Christus diceretur filius Abrahæ,
 animæ quæ fuerunt peccatrices desperarent se
 posse Christū cōcipere: at fiduciā habeant gignē-
 di Christum, qui filius dicitur Dauid, qui fuit ali-
 quando peccator. Porro ea ratione præponitur
 Dauid Abrahæ, qua dictum est: non veni vocare
 iustos, sed peccatores. Et, gaudiū est in cœlo sup
 vno peccatore pœnitentiam agente, quā supra
 nonaginta nouē iustis, qui nō indigent pœnitē-
 tia. itaq; magnus medicus nō moratur sanos, sed
 languentes. Magna salus nō requirit firmos, sed
 collapsos. Igitur magis filius Dauid peccatoris,
 quā Abrahæ iusti. ¶ Quintò. Sacra scriptura do-
 cet, sinum Abrahæ esse locum refrigerij: imò &
 Christus docet primores in regno suo esse Abra-
 ham Isaac & Iacob. dicit. n. infra, c. 8. multi veniēt
 & recumbent cum Abrahā Isaac & Iacob in re-
 gno cœlorū. Cum igitur Abrahā designet quietē,
 innuit Dñs: necesse esse, vt filius sis Abrahæ
 quieti, prius fuisse filiū Dauid pugnotoris, angu-
 stiis & laboribus p̄s̄si. Mūdus enim prius gau-
 det, postea cū Saule in prælio succumbit. At filij
 Dauid prius dolent (quia pariunt sicut mulier.)
 Postea tñ regnant, sicut fecit Dauid. Christus igi-
 tur prius filius laboris. & erūnarum, sed tandem
 gaudij & regni. ¶ Nescio etiam an insignis hic
 Christi humilitas explicetur. qui sicut fœminas
 in sua generatione attextuit peccatrices, ita filiū
 se voluit nominari peccatoris, adulteri, homici-
 dæ, & propter cuius culpam tot hominum mil-
 lia perierunt in Israël.

Abraham genuit Isaac.

Hic locus multas nobis exhibet difficulta-
 tes: adeo verò difficiles vt in eis explicā-
 dis, multū sit à maioribus nostris sudatū.
 Quorū sentēcias, vt in prologo dixi, in aliū ego
 tomū conieci. Superest dicere quid inter eas cer-
 tius videri possit. ¶ Est prior difficultas, quomo-
 do Mathæus & Lucas, ex patribus adeo diuersis
 dicant fuisse Iosephū, Mariæ virū? In qua re id sit

certū: Lineam Mathæi, non esse à Linea Lucæ
 omnino diuersam Id probatur manifestè, quia in
 vtraq; statuitur Salatiel, & eius filius Zorobabel
 dux Iudeorū, vt Aggeus dicit. c. 1. & 2. ¶ Hinc ne-
 cessario colligitur Zorobabelē duos habuisse fi-
 lios. Abiud, vt Mathæus testatur: & Resa, vt asse-
 rit Lucas. Qui Mosollā, & Hananias dicti sunt. 1.
 Paralip. 3. ¶ Iam naturali propagatione ex Abiud
 descēdit Ioseph, vir Mariæ: teste Mathæo. Porro
 ex Resa (cui ducatus Iudeorū successit) descēdit
 Eli, siue Ioachim naturalis Mariæ pater: ac ideo
 Christi auus: & Ioseph generi sui legalis aliquo
 modo pater. Diluta igitur quæstio est, nō pugnat
 Mathæus & Lucas: ille enim generationem Io-
 seph: hic Mariæ recenset. ¶ Porro breuiarium
 Philonis duces numerat ex Zorobabele eodem
 ordine, eisdemque nominibus quibus nomina-
 uit & Lucas. Veneranda planè antiquitas.

Posterior quæstio est: Quomodo Salatiel à
 Mathæo deducatur in Salomonē: à Luca in Na-
 tham? Quæstio est difficillima, quā nostri sæculi
 viri doctissimi, ita componunt. ¶ Habuit Dauid
 filios Nathā & Salomonē: Huic regnū reliquit:
 hac lege tamen, vt si eius posteritas extingueret-
 tur, regnū posteris Nathā daretur, vt Philo dicit:
 hac enim ratione, hi fratres regis dicebantur 2.
 Paralip. 22. ¶ Successerūt Nathani Mathath, Me-
 na, Melcha, Eliachim, Iona, Ioseph, Iuda. Salo-
 moni verò successerunt Roboā, Abia, Asa, Iosa-
 phat, Iorā, Ochozias. cuius stirps à Iehu & Atha-
 lia extincta est. 2. Paralip. 22. ¶ Salomonis ergo
 stirpe destructa, successit regnū filio Iudæ ex Na-
 thā. fuit ille Iudæ naturalis filius, vocatus Ioas:
 qui passim Ochozię filius dicitur: quia ei succes-
 sit in regno. ¶ Ab hoc Ioas, (qui Mathæo Ozias,
 Luce Mathath dictus est,) eadem omnino per-
 sonæ sunt, vsq; ad Salatielē: quas nominibus di-
 uersis Mathæus & Lucas nominant, vt pote qui
 erant binomij. Hac ratione Salatiel refertur ad
 Salomonē, legali serie: naturali verò ad Nathā.
 ¶ Tertia quæstio: Cur Mathæus aliquando duos
 aut plures fratres nominat, vt Phares & Zaram:
 vt Iudā & fratres eius: vt Ieconia & fratres eius:
 aliquādo verò vno solo fratre cōtentus reliquos
 præterit? Huius causam hanc esse arbitror. Ma-
 thæus eos solos recēsit, quibus hæreditas, & ius
 primogenituræ conueniebat. Qua ratione præ-
 termisit Ismaelē, qui nō fuit hæres cū Isaac. Præ-
 termisit etiā Esau, quia primogenita sua, (ius sci-
 licet hæreditariū) fratri suo vendidit. Prætermi-
 sit etiā Rubē & Leui, quia licet hi essent primoge-
 niti ante Iudā: at Iacob moriēs visus est detulisse
 primogeniturā Iudæ, quā aliis abstulit: cum dixit
 ad Iudā, te adorabūt filij patris tui. Iam meminit
 Phares & Zare. quia meritò Zarā, (qui primus è
 ventre matris manū protulit,) cū Phares, de pri-
 mogenitura cōtendere poterat. Item licet Chri-
 stus Dominus non descēdat ex familia Salomo-
 nis, (vt quæ in Ochozia extincta dicitur) at memi-
 nit Mathæus Salomonis & successorū suorū, quia
 his ius primogeniti, id est, hæreditariū ius à Da-
 uide

Genes. 27.
 Genes. 25.
 Genes. 49.
 Genes. 38.
 4. Reg. 11.
 4. Reg. 24.

vide autem
 de incarn
 26. 6. 5.
 Remissam

Acto. 13.
 Math. 4.

Math. 22.

Math. 9.
 Luce. 35.

Luce. 16.

Ioan. 16.

Math. 1.

4. Reg. 23. vide concessum est. Demum meminit Ieconie & fratrum eius: quia tribus fratribus, filiis Iosie ius regni datū est. omnes enim filij Iosie, fratres Ieconie, reges fuerunt. Quia igitur Christus Dominus est heres Dei (vt Apostolus est testis,) & est heres vineæ Domini (vt mali coloni vineæ eiusdē dixerūt) meritō Mathæus solos eos numerauit, qui heredes essent promissionum Abrahæ factarū, quæ in Christo perfectæ & cōsumatæ sunt. Igitur terra chanaā promissa est Abrahæ & semini eius, (per quam terra cœlestis nobis omnibus promissa significatur) Ideo numerauit Mathæus illos dūtāt, quibus eā terrā hereditadi ius cōueniebat: nō igitur credant Christiani se ad generationē Christi plenē pertinere, nisi per spiritū sanctū, corda eorū inhabitantē, ius ad hereditatē cœlorū possideāt. ¶ Dubiū alterū est: Cur fœminarū illustres in hoc catalogo tacētur: & solæ eæ quæ multis infames habentur, huic sacro ordini cōpingūtur? Huius rei multæ mihi causæ succurrunt. ¶ Prior est, vt intelligamus, fœminarū maculas & sordes virorū suorum dignitate purgari. Dictū enim illud verū est: non equā, sed equum pullū efficere. vt igitur materiæ deiectio, formæ præstantiā erigitur: & nostræ naturæ paupertas, Verbi diuini vnione ditatur: ita & matrū ignobilitas in patrū luce dilabitur. ¶ Secunda causa est: vt intelligamus, nihil esse in hac vita omni ex parte beatum. Quis credidisset, peccata & sordes etiā ad Christi generationem penetrare potuisse: ita igitur ordinauit altissimus: vt nihil esset tam splendidū, quin alicūde tenebrarū maculis fœdaretur. vt videlicet non gloriatur omnis caro corā Deo. ferat ergo opprobriū gētis quisq̄, suæ: siquidē & Christus ipse pertulit. ¶ Tertia causa est: Quia hoc est discrimē spūs humani, & Evangelici. Homo in diuitiis, delitiis, & honore gloriatur. At vir spiritualis libenter gloriatur in infirmitatib⁹ suis: Imō pudet gloriari nisi in cruce, id est, in abiectiōe & ignobilitate. Huius veritatis, etiā in sua generatione Christus specimē dedit: natus ex peccatricibus: ex pauperibus: ex fabro Iosepho, & tetrica Maria. Quod si regios splendores etiā habuit, habuit sanē, ne principes à Christi ortu viderentur abiecti. ¶ Quarta causa est: vt vel inde Gentiles, & peccatores ius haberent ad Christū. Quis enim filius iure naturali parentibus debet honorē & subsidiū. Debet ergo Christus hūc honorē & fauorē omnibus gentilibus, omnibus etiā peccatoribus (si pœnituerint) quæ quilibet bonus filius parentibus etiā vilibus debet. Currite ergo peccatores ad Christū, ex vobis enim matres habet, quibus fauere debebit. Planē magna contentione exigebat Abraham à seruo suo ne Isaacū filiū cū gente Chananea copularet. Ne Chananei in promissa hereditate aliquid obtinerent. Eandē habet contentionē Isaac & Rebecca cū filio suo Iacob. At Isaac noster, nosterq̄, Iacob nihil horret gentiliū cōmercia, quia hereditas quā ille habet, distributa nō minuitur. ¶ Quinta causa: Optabat Dominus ex tunc, vt

summa esset concordia inter Iudeos & gentiles: vt nulla iā esset lis inter eos, quos Christus in sua carne copulauerat. Certē cū intestina bella sunt inter principes, hac ratione adducūtur ad pacē, si matrimonia iungant & quidē solēt viri nobiles, viles homines amare & protegere, si cōsanguinei sunt. Ita videbat Christus futura inter gentes & Iudeos dissidia, curauit igitur hac ratione dissidentes cōponere, & glutine carnis suæ alios alios copulare. At nostrā culpa, Domini desiderium non perficitur. Cū tamē Paulus, vt rē apertā & planā dixerit, Christum in carne sua inimicitias omnes dissoluisse, & mediū parietē macerietiam diruisse. Cur ergo Hiericho à Christo destructam reedificare conabimur. ¶ Sexta causa est: In Christi generatione fœminæ viles numerātur, & hunc honorē illis Christus impertitur: vt exemplū habeant illustres filij, quibus parū respondet parētum splendor: ne viles parentes exhorreant: sed honorēt, extollant & suspiciāt. non obliuiscitur Christus parentū pauperū, ne tu obliuiscare: honorauit ille, vt honores & tu præualeat apud te pietas paterna, splendoris & honoris amor: cū videas nec hāc virtutē Christo defuisse. O Christe vnicū omniū virtutū specimē: voluisti viles maiores habere, vt & hīc pietatis tuæ fulgor demonstraretur. ¶ Septima causa est: vt nemo grandes peccatores despiciat, ex quibus nonnunquā tam sublimes solēt fructus oriri: Christus hīc nascitur ex Ruth idololatra, Raab meretrice, Thamar incesta, Bethsabæe adultera, & viricida: Siquidē in viri sui mortē consensisse plusquā pbabile est. At propter Bethsabæe, regnū adipiscitur Salomon, quod sibi Adonias natu maior vsurpauerat: & propter Raab Iudei terrā promissam sibi cōparat. Illustria igitur gesta magni etiā peccatores cōficiunt. Ergo nec magnis sanctis penitus fidendū nec de magnis peccatoribus penitus desperandum. ¶ Octaua causa est. Ne mirere si in catalogo suo Christus peccatores eosq̄, magnos ostendet. Ostentat medicus insigniores quos sanauit egrotos. Ostentat victor ferocios quos subiugauit hostes. At medicus noster, nostros sanauit morbos: nostros ipse tulit languores: & si gaudium est coram Angelis Dei & coram Christo maius, super vno peccatore, (inquē medicus suū & sapientiam & industriam, & charitatem effundit) quā super nonagintanouem iustis, in quibus Dei gratia non ita monstratur: intelligis planē, quantum Christus letatur, quod fœminas illas ad pœnitentiam allexit, & nos in illis. ¶ Vltima causa est: Dixit Dominus, qui facit voluntatē patris mei, hic frater meus & mater mea est: vt ergo animæ peccatis olim obnoxie, nō desperent, se etiā Christi matres esse posse, ideo adducitur eis exemplū fœminarū peccatriciū. ex quibus Christus nasci nō erubuit. alioqui si solæ fœminæ sanctæ catalogo attexerentur, quis consideret, suam animā Christū posse progignere? Sicut ergo iactat se Christus filiū Dauidis aliquando turpiter lapsi, non verō iactat se filium Abrahæ iusti: ita iactat

4. Reg. 23.

Hebr. 1.
Math. 21.

Genes. 15.

Scis solo
ad rom.

7

1. Corint. 13.

2. Cori. 12.
Galat. 6.

Math. 13.

Exod. 10

Genes. 10.

Genes. 24.

Genes. 28.

Ephes. 2.

Iosue. 6.

2. Reg. 1.

Iosue. 2.

Isai. 53.

Luce. 15.

Math. 13.

Stat

a y

stat foeminas vitiiis foedatas, non verò virtutibus splendentes.

Dubiū tertiū est, cur Mathæus tanta cōtentione meminit. 42. generationū, dicens ab Abraham ad Dauid omnes generationes. 14. Itē à Dauide ad transmigratiōē. & ab hac demum ad Christū. & quidē si exactē numeres, non. 42. patres numeravit Mathæus, sed 40. dumtaxat. Siquidem in vltimo quatuordecenario solū .12. recēsentur, qui cum 28. faciūt solū. 40. Quid igitur est, quod tā anxie post. 40. patres Christus nascitur? Ad hoc illa mihi ratio succurrit. Quòd sicut 40. dieb⁹ formatur masculus in ventre matris suę, vt die quadagesimo animetur, spiritumq; rationalē suscipiat: ita quadraginta generationibus formatū est hominū genus, vt vitā, spiritūq; sanctū, per Christi incarnationem recipiat. formatur igitur in ventre puer, nō inde statim post animationē exiturus, donec integrē perficiatur: ita deificatū est p̄ Christum genus humanū, nec tamē statim à sua deificatione exiit è mūdo: perficiēdum est adhuc. Tāte molis est foetū eternitati idoneū aptare. ¶ Iā

Deuter. 29. si 40. annis durat Israël in deserto, nec terrā tantopere desideratā intrat, quāto veriū per 40. generationes, Israël verus caret terra vera. i. cultu Dei verò, nō figurato, & vmbatili? Imò profectō post 40. generationes intrat homo in paradisū, (veram p̄missionis terram.) Quia sicut Christo nascēte, oēs nati sumus, (mēbra videlicet in capite) ita & ipso Deū vidēte, nos etiā videmus. At Deū videre, id terra viuentiū est, & paradisu Domini. ¶ Itē Moses est in mōte cū Deo. 40. diebus dūtaxat, ibi legē suscipiens quā laturus erat. significationē exhibēs: quòd Mosaicæ legis cultores, per 40. generationes solum essent Deo placituri, quibus trāsactis, iā Moses nō est cū Deo: id est, iā Mosaici Deo nō placēt. At Christ⁹ dicit ad Patrē suū, ego in patre & pater in me. & iterū, non sum solus, quia pater mecū est. s. in eternū. ¶ Demum quadragenarius, numer⁹ est laboris, post quē requies venit: ita post 40. generationes, Christi requies ad fuit. ¶ At dices cur Mathæus has 40. generationes in tres secuit partes, cuique parti quatuordecim generationes assignans? Ad hoc mihi hęc adest ratio. Quia in prima tesaradecade regimē habuerūt iudices Iudeorū vt ex libro Iudicū planū est. At in fine huius tesaradecadis regimen Iudiciale translātū est in regium regimē. 1. Reg. 10. 4. Reg. vlt. Porro in fine secundę tesaradecadis cessarunt reges, & trāslatū est Regiū regimē, in gubernatiōē Ducū atq; pontificū. Nec sine mysterio factū est, vt cū vsq; ad Machabęos durassent in regimine, Duces ex domo Dauid, & Pōtificates ex tribu Leui: at Machabęi, cū essent sacerdotes, Pōtificatū & Ducatū sibi vendicarūt: totūq; regimē erat Pōtificale vt Philo autor est atq; Iosephus. Sicut ergo in fine primę tesaradecadis trāslatū est regimē Iudiciale. & in fine secundę, trāslatū est regimen regiū: ita erat consequens, vt in fine tertię transferretur regimē Pontificiū & sacerdotale. At verò si trāsferretur Sacerdotium, necesse est vt Legis

trāslatio fiat, Iuxta Paulū. Igitur Mathæus annotans tres tesaradecades, & earum mutationes, significauit, mutationē Legis p̄ Christū faciendę in fine tertię tesaradecadis. hoc verò est quòd Paulus dicit: Cū venit plenitudo tēporū, misit Deus filiū suū. quia videlicet, vt Chananei non eiiciuntur à terra, donec implerētur tēpora sua, ita nec Christus venit translaturus principatū secularē, donec gubernationes illæ Iudicialis Regia & Pōtificia cursum suum peregissent. ¶ Ante quā finis locū istū id mihi annotādū est. Agnus ille paschalis, cuius sanguine super liminaria tinguntur, & seruātur q̄ intra domos sunt, occidebatur 14. luna, (nec. n. prius fas erat occidi) & mādabat lex immolari ad vesperam illius decimę quartę diei. Ita planē Christus in decima quarta generatione tertię tesaradecadis, & in eius fine imolatur. Cuius sanguine seruādi sunt, qui seruari voluerint. Non igitur nascitur Christus in principio tertię tesaradecadis quia decima quarta generatione occidendus est: sed nascitur in decima quarta generatione, vt in eius fine, id est, in fine vitę suę occidatur.

De qua natus. Quā cautē dicit Mathæus: De qua natus est Iesus? vt videlicet indicaret, nō cōuenisse Iosephū cū Maria. Sed Mariam virginem peperisse. vbi multa spectato. Primū qđ cū Eua sumpta esset de Adā, dicit Adā: hoc nūc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. ac ideo iure meritō, subdita Eua fuit Adę: quia ex illo sumpta est. Dicere ergo idē Maria Christo potest: Hic est os de ossibus meis, caro de carne, sanguis de sanguine. Quā verē ergo dictū est, descēdit cū eis, & erat Iesus subditus illis? Habet ergo Maria ius & autoritatē in Deū filiū suū. ¶ Secundū est: Adā hominū parēs de terra sumitur. Moses Iudeorum legislator de aqua educitur. Christus & parēs & legislator, eorū quę in cælo & quę in terra sunt, de virgine gignitur. Tāto igitur amplioris glorię Christus, quā Adā & Moses, quanto virgo maior est terra & aqua, quę p̄pter hominē cōdita sunt. & tanto digniora p̄mia ab hoc principe hominū homines expectabūt, quā à Mose & Adā, quanto dignior p̄mio est virgo, q̄ aqua & terra, quę sunt elemēta deiecta. ¶ Tertiū est: Sicut Christus nascitur ex virgine pura, ita & Christiani si spūales Dei filij nascituri sunt, ex puritate. & sanctitate nascituri sunt. Si peccatū aliquod illis placet nullatenus nascētur Dei filij. Abrenūciādū ergo est satane & oibus pōpis eius. Qui. n. voluerit esse huius seculi amicus, inimicus Dei cōstituitur. ¶ Quartū est. in origine mūdi, dat vir foeminę ortū. & quia nascitur Eua ex costa Ade, fit vt robur accipiat ex viro foemina. At cū nascitur Christus, noui mundi author, dat ortū foemina viro: foemina. n. circumdabit virū & quia foemina imbecillis est & infirma, vasculū scilicet fragile, (vt Petrus author est) fit vt vir noster, ex nobis nihil nisi fragilitatem & imbecillitatē contraxerit. quid enim aliud dare, quam quod habet, mortalis infirmitas poterat? ¶ Quintum

Hebr. 7.

Galat. 4.

Genes. 35.

Exod. 12.

Genes. 2.

Luce. 2.

Genes. 2.

Exod. 2.

Luce. 2.

Iacobi. 4.

Genes. 2.

Ierem. 31.

1. Petri. 3.

Quintum est. In origine mundi terreni, prior est vir quam femina. at in origine mundi celestis, prior est femina viro. quia in terrenis principia sunt meliora, fines longè à principiis relinquuntur, at in spiritualibus initia amara & fragilia, sed fines longè præclarissimi. Sextum est: nascitur Christus in terra sine patre. Nā Ioseph putatiuus pater est. Ita nascuntur filij Dei in terra sine patribus: nam ij quos habet, putantur esse parentes, quia Dominus dicit: Nolite vobis vocare patrem super terram, vnus enim est pater, videlicet in coelis. At dices, Christus matrem in terra habuit, ita planè. sicut & nos matrem habemus Ecclesiam. Sed sicut virtus gignendi Christum in Maria, fuit ex Spiritu Sancto: ita & virtus quam habet Ecclesia gignendi Deo filios, à spū sancto est, vt nō gloriatur omnis caro corā Deo. Septimum est: Quòd licet Christus sit natus ex Maria: in qua omnes nobilitates concurrunt, quæ splendorē generis Christo conciliare poterāt: at nunquā Christus Mariā iactauit vt matrē: imò nō eam vocauit matrē, sed solū mulierē, vt in cruce, & in nuptiis patuit. Videlicet, quia de virgine secundū carnē natus erat: Docuit igitur nos omnia carnalia contēnere: nihil terreni sapere: solā diuinitatem spectare.

De qua natus est Iesus ^{Qui vocatur Christus. Pla}

nè hebræis idē est vocari, & esse. Cū enim dicitur: Paulus vocatus Apostolus. idē est, ac effectus Apostolus. Cum igitur Iesus, vocatur Christus, fit, vt Iesus sit Christus, id est, vnctus & lenis. Iesus ergo & vocatur & est vnctus, mansuetus & lenis: & cum vnguentū quo Christus vnctus est, nō fuerit exiguū, nec enim ad mēsurā ei datus est spiritus, nec ideo fit vt eius oleum in capite, descendat vsq; ad barbā, (id est, vsq; ad pilos barbæ hærentes.) nec id modo, sed etiā vsq; vltimas oras vestimenti eius. vt nemo mortaliū sit, qui si velit, olei & vnguenti & lenitatis Christi sentire suauitatē, non possit. Est enim in omnes pius, qui p omnibus, etiā sanguinem & vitā fundere voluit. Sed quis fuit tātæ rei autor, vt Deus zelotes, vindicans peccata in tertiā & quartā generationem, nunc vitā præ mansuetudine fundat, nec vocari ferè alio nomine velit, quā lenis, & vnctus? Dominus ille exercituū, Deus ille vltionū, qui gentes regit in virga ferrea, & tanquā vas figuli cōstringit, nunc exercitui & cohorti Iudeorum manus porrigit vincendas: corpus suū tradit Iudeis in vltionē: manusq;, pedes, & latus ferro offert, seq; tradit tanquā figulinū vas cōterendū. Que te tādem vicit clementia, ô mitissimè rex: iactant sanè Iudæi suū mitissimum Mosen, at vbi tam fuit ille clemens? Deus ille, cui adstāt millia milliū, Deus ille, cui si fumus ascenderit in ira, ignis ab eius facie exardescit, & carbones succenduntur ab eo. Qui si de cælo intonat, mittit sagittas, & dissipat hostes, fulgura multiplicat & conturbat eos. Qui si aspicit, dissoluit gentes, conterit montes seculi. Viderunt te, inquit, & doluerunt montes, gurges

quarū transit. Qui respicit terrā & facit eam tremere, qui tangit montes & fumigant. Quis igitur fuit qui te adeo vnctum & mansuetum reddidit? Certe tu vnctissimus eras ex te. Sed sicut cultus ille Iudaic⁹, quo tūc coli volebas, figuratus erat: nō quo tu propriè coli cupis: ita & furor ille tuus quem olim ostētabas, non erat adeo tibi natiuus, quā est lenitas & misericordia. Rursum, lex illa vetus ex se non faciebat homines pios: ideo erat necesse Deum, rigoris habitū contra impios prætulisse. Porro, ex se lex noua sanctos facit, in quos Christus est lenissimus, quia eorū est amantissimus. Sed ô quantā Christo iniuriā infert, qui in lege noua malus est. Certè quantum ex se est, tollit à Christo nomē, eum antiquū vindicis nomen resumere cogens. Nam quia omnis Christi vita, acta, mores & mors, summā ostendunt clementiam benignitatē & amorē, merito à vita benigna, leni & pia, lenis & pius ac ideo Christus nominatus est. Sed profectō ingentes Domino gratias debemus, quia Christus vocari voluit. Si enim olim pugiles vngebātur ad pugnā: cū Christum audis, ad pugnandū pro nobis vnctū existima at ea tam fuit acris pugna, vt mori oporteret Christū, quo nos à morte, & mortis procuratore vendicaret. Nec id tacendū est, quòd licet multi sint diuites, nolunt tamen ita inter egenos vocari, ne eorū importunitate vexentur. Multi etiam sunt benigni principes, volunt tamen iusti vocari: ne à iuris rigore deflectere eos cogant damnati. At Christus inter pauperes, iniquos, & damnatos, Christus vocari & haberi vult: quia tantæ est clementiæ, vt pelagus charitatis continere nō velit, effundere velit. Quid igitur ô Rex nū tua te pietas à iustitiæ tramite coget vnquam declinare? minimè. quia omnē iustitiā in se exercuit, vt in nobis liberè misericordiā exerceret. Nō ergo Christus tantū sibi Christ⁹, sed nobis. nō sibi lenis, sed nobis. vt vel hac ratione adamantinum pectus nostrū, tā insignis vnctio emolliret. Nec mihi à vero discordare, quòd dicā, videtur. Eò Christū sibi hoc nomē desumpsisse, vt intelligeremus, nos quidem ferreos esse, sed Christum esse oleū, quo etiam ferrū lenitur. & à ferro eblādito, ab animabus emollitis, velut à præclarissimo facinore, nomē hoc sibi imposuisse. Dictum enim est. quòd vbi nomē Christi, sicut oleum effusum est, adolescentulæ dilexerunt te. At est res adeo præclara, anima hoc oleo blanda, vt ab hoc vnico opere Christus ita vocari dignetur. Nolo tandem te hoc latere. Adeo Christus vnctus est & lenis, vt asperrima mundi, postquam Christo hesserunt, blanda facta sint. iam crux, tormēta, mors dulcia sunt, ex quo leni Christo cōiuncta fuerūt. Vt intelligas, si blandus non es, non tibi hessisse Christum. & si hesit, iniuriam illi facis, qui cum blandam reddiderit crucem, te blandum nondum effecit.

Cum esset desponsata mater.

Dubiā

*fines rei
melior
p̄ imiti
um
Luc. 3.*

Mathæi. 19.

1. Corin. 1.

Ioan. 2.
& 19.

Roma. 1.

Ioanis. 3.

Psal. 132.

Exod. 20.

Psal. 93.

Psal. 2.

Nume. 22.

Daniel. 7.

Psal. 49.

Psal. 17.

Abacuc. vlt

Psal. 133.

Hebræo. 10
Roma. 8.

Roma. 7.

1. Corin. 1.

1. Corin. 1.

1. Corin. 1.

Christ⁹

Canti. 1.

DVbia multa cogitanti verba hęc occurrunt: quorum id primū: Cur voluit Dominus de Maria nasci desponsata: multo enim videbatur p̄cellere virgo nōdum virata, quā viro desponsata: ad hoc rationes multæ à Patribus adductæ sunt: nec tamen aliæ defunt.

¶ Prior est: sicut coniuges inuenti sunt in corruptione generis humani: ita æquū erat, & cōiuges reperiri in eiusdē reparatiōne. Et quidē ad corruptionem parum Heua nocuit. nisi enim Adam peccasset, nihil Heua lesisset. Vir igitur, non fœmina casum nostrū effecit: at cōtra in reparatiōnem, parū Ioseph contulit: nisi enim Maria concepisset, Ioseph nihil profuisset. Fœmina igitur non vir profecit. & sanē in corruptione generis humani, vterq; coniugum est carne corruptus: contra in restitutione, vterq; coniugum est carne illibatus.

¶ Altera ratio est. ne veritas figure, & p̄phetiæ rei deesset euētus. At in Isaia dicitur: Antequā sciat puer vocare patrē & matrē, auferetur fortitudo Damasci. Puer igitur erat habiturus matrē veram, patrē verō legalem: necessario igitur, est desponsata mater Iesu Maria. Iam apud eundē Isaiam dicitur: Egredietur virga de radice Iesse, & flos de ra. Virga illa virgo Maria est: è qua flos Christus ascendit. At profectō nunquā flos ascendit è virga folijs nuda: prius enim virga folijs adūbratur & honestatur, quā flos ascēdat. prius igitur Maria viri vmbra & ornamento decorari debuit, quā Christus ex ea nasceretur. Alioquī difficilē seruabitur flos, aut virga sine folijs. Sed lector, te p̄cor siste non nihil profectō folia multū p̄stant floribus: aliquando enim in medio folij flos nascitur, & maximē ex radice folij prodit flos: virtus ergo folij ad florē dimanat. At non ita in Christo. nō enim flos qui est Christus, è radice folij, id est, Iosephi p̄cessit, Sed flos exit de virgæ radice: ita. n. dicit. & flos de radice, non folij, sed virgæ, ascendet. vt intelligas, nihil in huius floris conceptione fecisse Iosephū, sed virginē.

¶ Tertia ratio, quæ rerū multarū radix est & fons. Christus nō vult nasci, nisi è virata virgine, quia nunquam nasceretur ex anima quæ virū non habuerit. Noſti lector, quōd Christus in aia cōcipitur. ibi, formatur, ibi adolescit: donec occurrat in virū p̄fectū: nō ergo cōcipitur nec formatur, ex anima quæ virū non habet. dicit Dominus Samaritanę, voca virum tuū nisi enim viro fueris coniuncta, non in te nasceretur filius Dei. Dices: quis nam hic vir animæ est? Planē vir Mariæ Iosephus: Deus erat virginis Diuinus sponsus: sed Iosephus humanus. Ita propositū firmū non peccādi, firmitas illa decreti, quo voluntas Deo dicatur in cultum, illa cōstantia vir est, cui volūtas nubit: Si hęc tibi constantia, desit, non nasceretur in te Christus. & nota quā admonemur ex nominibus sponsi & sponsæ. Sponsa Maria dicitur, id est, amarū mare. debet igitur constantia & propositū cauendi à peccato, contritionis amaritudini copulari, vt inde Christus nascatur. Rursus Ioseph augmentū si-

gnificat. Si vis igitur in te nasci Christū, sit in te augmenti & proficiendi p̄positū. Si ergo anima desolata est, viro carens, erit ciuitas sola sedens: populo, sed non Deo plena, nō ibi nascitur Christus. Meritō enim curabat Pharao, ne hebræis fœminis, masculus seruaretur, solas volebat illę fœminas: ita & diabolus, tunc solū sibi timet, cum mascula cōstantia animo copulatur. Sed aduerte, sicut è Maria Christus non nascitur nisi sit desponsata Iosepho, at Iosephus Christū non efficit, est enim Christus de Spiritu sancto, virgine p̄stante consensum: ita Christus non nascitur in anima, quæ propositū & firmitatē non habet. At non efficitur ex proposito Christus. gratiam enim solus Deus p̄stat: sed huic gratiæ (sive huic q̄ nascitur Christo) volūtas p̄stat consensum. Vt longē in hac re scias errasse Lutherum.

Dubitatio secunda: rectē quidem Christus è desponsa nascitur, sed cur non ex iā coniugata? Cur voluit Dominus post despōsationē, & antē nuptiarum celebrationem ex virgine nasci? Ad hoc prior responsio est. Non esse in hoc seculo nuptiarū celebritatē cum Deo. hęc festiua celebritas in cœlo speranda est, non in terra. Vt peruenias ad celebritatē nuptiarum diuinarum in cœlo, prius necesse est tibi nascatur Christus in terra. In qua nō nascitur homo ad festa nuptialia, sed ad laborem, sicut auis ad volatum. Igitur hęc cōpatimur: & tristitiā habet mulier pariēdo: sed illic conglorificamur, quia filius in mūdum natus fuit.

¶ Altera respōsio est: Si nondū natus est Christus in anima tua, & in te nuptialia festa peraguntur, non illa festiua sunt gaudia, sed noxia venena. Caue gaudeas in hoc seculo, nisi nato Christo, imo & ab lactato. Sicut Abraham celebrat festum in die ablactationis filij sui.

¶ Tertia responsio: Adeo Deus est opum suarū imō & sui prodigus: vt simul ac anima se illi subdiderit, statim ei largiatur opes, quas habet. & quia nihil habet maius filio suo, hūc eundem filium quē sibi ab eterno peperit, animæ filium facit. Non expectat igitur festa, non nuptialia p̄paramenta. Eodem momento, quo se anima illi tradit, eodem ille se animę tradit, tātō ei filio concesso. Vbi nimiū stupeo Dei dignationem. Quōd enim filius Dei ex intacta virgine oriri voluerit, grandis dignatio fuit. At quōd idē nasci dignetur ex anima prius fornicaria, quæ multis se amatoribus subiecit, id summa dignatio est.

¶ Postrema ratio: Vt intelligant cōiugati, quam sit difficilē in eis perfectum nasci Christū. Sanē virgo desponsata, cogitare potest quæ Dei sunt. Nec dū enim domū habet, nec dū cogitat quomodo suo placeat viro. At quæ iam cōiugata est, diuisa est. Cor habet in multas dissectū curas: nō igitur facilē admittit Christi in se conceptionem perfectam.

¶ Tertia dubitatio est: Cur Mathæus meminit vteri virginiei. An nō honesti⁹ dixisset, Inuēta est pregnās de Spiritu sancto? Quorsum igitur de vtero mentio? Responsio: meritis mē Sacri meminit vteri, vbi Deus factus est homo, vt scia

Rom. 5.

Genes. 4.

Isa. 8.

Isa. 11.

Thren. 1.

Exodi. 1.

Math. 1.

Psal. 83.

Tob. 5.

Ioan. 16.

Rom. 8.

Genes. 21.

Ierem. 3.

1. Cori. 7.

Propositū cauendi.

Ephes. 4.

Ioan. 4.

et Sincisimo di Propositum de ratione Poenit. 3. R. 9. 7. 90. a. 4. can. de Paen. 9.

vt sciamus impletas esse veteres de hac re prophetias. Dictum enim erat: Vt inhabitet gloria Dñi in terra nostra. Veritas de terra orta est, iustitia de cælo prospexit. Dominus dedit benignitatē, & terra nostra dedit fructum suum. Cum igitur opere Spiritus sancti, nascitur in vtero Christ⁹: habitat gloria Domini, in vtero terræ. Iustitia diuina aspexit virginem, adamauit eam: clausus Deus est, & ortus in vtero eius: sicq; veritas de terra orta est. Itaq; dedit Dominus benignitatē in vtero virginis. quæ fructū suū. (id est, non ex viro aliquo natū) protulit. Rursum dictū erat. Rorate cæli de super, aperiatur terra, & germinet Saluatorē. Cum audis virginem consensisse Gabrieli: facile intelligis, defluxisse de cælo rorem, terramq; vteri virginalis fœcundatā, & germinantem saluatorē. Item dictū erat. Descendet sicut stillicidia stillantia super terram. Stillæ de cælo sunt, at imbibuntur in terra. Inuenitur igitur Deus in vtero: multum ergo habet cum hoc vtero Deus. ¶ Sed Euāg. dicit: In vtero habes de Spiritu sancto? Sanè primus homo de terra, & secundus homo de Spiritu sancto. quia videlicet ille prior homo erat terrenus, terrena sapiens. At secundus homo spiritualis est, non carnis voluntatem faciens, sed spiritus: surrige oculos. Si primum hominē peccatorē spectes, dices eius animam adeò terrenam effectam: vt ille homo totus terra ferè dici possit: ita si Christum spectes, licet carnē habeat: adeò tamē spiritualis illa caro est, vt totum ferè dicere possis esse spiritū sanctum. En tibi exemplum. Vides Christum conspui, flagellari, crucifigi. quæ nā precor caro, (quæ caro solummodo esset,) tanta pati potuisset, non maledicens, non clamitans: sed perinde tacens, ac si caro nō esset, sed spūs esset. Meritō igitur Christus dici potest totus de spiritu sancto. Non solū quia spiritus sanctus autor fuit suæ formationis, sed etiam, quia nihil ferè in Christo, nisi spiritus monstrabatur. Adeò vt spiritus videretur carnem absorbuisse. Vt verū esset illud: Spiritus Domini super me, eo quod vnixerit me. ¶ Nolo tamen à cōmuni via discedere, qua dicitur Christus nat⁹ de Spiritu sancto, quia Spiritus sanctus Christū formauit. Sed statim sub oritur quæstio, cur non hæc formatio etiam verbo eterno tribuitur, aut Patri, aut certè toti Trinitati? Ad quod prima ratio occurrit. Quia Spiritus sanctus est distributor omnium gratiarū & donorum, quorum quia in Christo plenitudo fuit, ideo Spiritus sanctus est autor conceptionis Christi, è cuius plenitudine, nos õnes accipiamus. est igitur Christus de Spiritu sancto, id est, plenitudo omnis gratiæ, est de fonte & pelago gratiarum. ¶ Secunda ratio fuerit. Nō solū anima Christi, sed & caro Christi viuificat, vitamq; spūalem eam comedēti largitur & vt habet in tertia parte Thomas. Non solū humanitas Christi, gratiā tribuit meritorie, sed etiā quadantenus efficienter. Sicut enim ignis efficit ignem, ita Christi humanitas gratiā præstat, & cō-

sequēter spiritum sanctū. Quod si ita est: necesse est carnē igneam esse, quæ ignē efficiat: & ita necesse est carnem Christi, ferè in spiritū transisse, si spūm sctūm datura est. Meritō ergo illa humanitas est de spū, quæ ita in spūm absorpta erat, vt spiritū largiretur. ¶ Tertia ratio est. Duos fecit Deus mundos. alterū naturalē quem intuemur, alterū spūalem & diuinū, qui per Christū incepit. Sicut enim ex Patre duæ sunt processiones, altera per modum naturæ, qua processit ex Patre filius: altera per modū gratiæ & amoris, qua ex Patre & filio prodijt spūs sctūs: ita & duo conditi sunt mundi: alter in quo natura suā extulit vim, alter in quo gratia resplendet. Iā prius est quod animale & naturale: posterius quod spirituale. Mūdus igitur ille naturalis & prior tribuitur Patri, quæ prima persona est in Trinitate. & ita dicimus: Credo in Patrem omnipotētem factorem cæli & terræ. At cum in Spiritu sancto omnino gratia splēdeat, meritō mūdi gratiosi: ei origo cōceditur. Cū igitur Christus nos omnes in suo corpore comprehendat, ipse mundus est spiritualis. Igitur corporis Christi, (id est, mundi noui) generatio de Spiritu sancto est.

Postea quā Ioseph inuenit sponsam suā pregnātem, cum esset iustus, nec eam vellet infamare, voluit occultē dimittere: Igitur coniugati, (quibus misera hæc contigit fors vxoris adulteræ) splēdidis. habent exēplū, quid sint in ea calamitate facturi. Videlicet, vt potius ad clemētiā, quā ad crudelitātē cōfugiāt. ¶ Secūdo habent omnes viri spirituales speculū vbi vitam suam aspiciant. Quis vnquā credere potuisset, tam Iosephum à Mariæ suspitione vexatum? Imo quis credere potuisset, tam lætam Mariæ cōceptionē, & impregnationē tā dulcē: tā amaro felle cōdiri & tēperari? Videbat Maria Iosephum tristē & suspiciosum. Erat Mariæ Iosephi conspectus amarus. Videbat Mariā Ioseph pregnantē & tristē, erat hoc illi fel, & absinthiū. Quis crederet in tam dulci cōsortio, tantū fellis cadere potuisse? Nulla ergo in terris tam læta festiuitas, nulla tam dulcis societas, quæ à fellis & amaritudinis labe euadere possit. Quid? Non modo vexaberis ab extraneis, imo ipsi domestici tui, qui edunt tecū quotidie, cum quibus in domo Dei consentienter ambulas, ipsi magnificabūt super te supplantationem. ¶ Tertiō tamē libet hanc rē pensitatus expēdere. Supra dixi, animā suo proposito firmo, copulari, & nubere. Quid est igitur, quod propositum hoc (cū iustū & sanctum sit) suspicatur, timet & occultē vult dimittere prolem, iā in animo cōceptam? Certè propositum illud iustum & sanctum adeò est: vt qui iustus homo sit, ab eo maximè iustus sit censendus. Sed cōtingit hominē proposuisse quidē vitam seruare à peccatis puram, at non nimis excellentiam: mediocrē, non sublimē. Cū vero se sentit ad maiora instigari, cumq; eius voluntas velut vrgetur ad magnā perfectionē: celsitudinē hæc,

1. Corin 13

Math. 7.

Psal. 40.

Psal. 84.

Isai. 43

Psal. 71.

2. Corin. 13.

1. Petri. 2.

Isai. 61.

ut sciamus
caritas dei
est in
carnationis
sue deo di
lexit mundum
caritas aut
tri. Ioan. 1. et
huius 5 5

quest. 8. ar.
tic. 1. ad 1.

& velut ventris tumorem non approbans, nec vituperare audens, clam dimittere tentat. Id secum mente reuoluens, satis esse ad cœlū assequendum, si laxior vita, & à tanta prolis sanctitate aliena fuerit. Itaque nec Mariam, id est mare amarum: neque vteri eius tumorem ac celsitudinem patitur, sed fugam meditatatur & parat. Idque maximè vsu venit ijs: qui ad magnā perfectionem instigantur, cum nonnullo aliorū dispendio. Vt puta, cū coniungatur ita Dei amore succenditur, vt vxoris illecebras refugiat. & cū curatus ita ambit monachātū, & solitudinē: vt populi sibi cōmissi curā cupiat abijcere. Isti quidē cum ventris sui tumorem, & ad sublimia conatū aduertunt & expendunt, nonnūquam putāt, nō hūc conatū ex Deo esse, sed ex dæmonis forsitan adulterio. Et tunc cum nec prosequi, nec vituperare audeant, occulte dimittere volūt: & vitā sequi priorem. Quibus hoc consilium dandum erit: vt Angelum requirant, id est virū sanctum & doctum. à quo quid sint acturi doceantur.

Ad nostrum Iosephū redeo: Inquit

textus: Hæc eo cogitante, apparuit illi Angelus in somnis. Cur verò virgini in vigilia Angelus monstratur: in somnis verò Iosepho? Prior ratio est. Annūciat Angel⁹ virgini filiū de Spiritu sancto nasciturū: rem sanè spiritualē. At Iosepho apparet, timorē ab eo ablaturus: rem certè humanā. Vt igitur intelligas spiritualia esse veritatem: humana verò esse veluti somnia: ideo apparet virgini vigilanti, Iosepho verò dormiēti. ¶ Posterior ratio est. Conceptio Christi, (noui filij) non nisi in vigilia est: quia etiā cōceptio Christi in hominis voluntate, in vigilia fit. non nascitur Christus homini somniātī & desidi: sed nascitur homini expauesacto terroribus inferni, abomināti sordes peccati, dolēti iacturā cœli, cupienti veniā criminis. Hæc verò nō dormiēti cōtingunt, sed nimirū attento & vigilāti. Sicut enim Mariæ plenus ille consensus ad filij conceptionem requiritur: ita & in anima idem cōsensus plenus, nō deses, non somniculosus, sed Dei recipiendi avidus, expectatur. At non in Iosepho cōsensus aliquis exposcitur: ideo melius reuelatio ei in somnis fit quā in vigilia. Igitur vt rem breuiter intelligas: Vbi cōsensus volūtatis, postulatur: tunc reuelatio in vigilia fieri debet: at vbi nihil aliud quæritur: q̄ illuminatio intellect⁹, quæ passio est, nō perinde actio, ibi reuelatio in somnis fieri solet. ¶ Adde his. Cū Christus in anima nascitur, Deo anima desponsatur. At desponsatio per cōsensum vigilem necessario fit. sed cum anima lumine diuino eruditur, id non requirit. ¶ Postrema ratio est. Per annuntiationem virginis, cœpit gloria esse in terra nostra: cœpit beatitudo esse in miseria nostra: regnum cœlorū appropinquauit nostræ infelicitati. At gloria & beatitudo nihil habet de somno: tota vigilia est. Ideo vigilanti virgini annuntiatur: At per annuntiationem Iosephi,

Psal. 84.

Math. 4.

pueri IESV & matris eius cura Iosepho mādat. Hæc verò cura tēporaria est, veluti somnus.

Angelus igitur Iosepho apparet, timorē illi excutit dicens. Ioseph fili Dauid, noli timere accipere coniugē tuā. Vbi lector aduerte: Tria dumtaxat matrimonia à Deo ipso immediatè mandata, memoriæ meæ occurrunt. primum fuit Adæ & Euzæ in paradiso. Hos enim Deus ipse coniunxit. Secundum fuit Osee cū vxore fornicaria: hoc enim fuit Deo mandate susceptum. Tertium fuit Iosephi cum Maria, nō quidē fornicaria, sed de fornicatione suspecta. Primū illud fuit in statu innocentie: secundum in statu legis veteris. Tertium in initio nouæ. Putas ne hæc mysterio carere? minimè. Sed in statu innocentie cupiebat Deus sibi asciscere filios inculpato & immaculato: ideo innocentes, nullaq; labe respersos in matrimonium coniungit. At in lege veteri Deus erat habiturus filios infideles, & qui ad iracundiam in idolorum cultura eum prouocarent, deniq; filios erat habiturus cum idolis fornicantes, ideo fornicariā cū Osee matrimonio iungit. Porro in lege gratiæ vnitur Deus animæ, quā mundus odit: quā vt malā mundus separat, quā deniq; mūdus de fornicatione insimulat: licet sit ipsa reuera innocens, ideo matrimoniū innocentis, sed suspectæ Mariæ instituit, dicens Iosepho per Angelū, noli timere accipere coniugem tuā. ¶ Adde. cū anima fornicata prius cū amatoribus multis, Deo consentit ad prole, profectò licet ab hominibus fornicatrix reputetur, at Deo innocens est. Ex quo enim Deo copulata est, innocens reddita est & immaculata. Recole Magdalenā, quā etiā Evangelista peccatricem nominat, hæc vbi Deo iuncta est, Mariæ virginis typus elegans fuit.

Adijcit Angelus dicere Iosepho. Vocabis nomē filij Iesum. Vbi ego

multa intelligo. Primum: propriū ius patrum esse, filijs imponere nomen: ad nullū enim aliū hæc iurisdictio spectat. Cū ergo Iosepho ius hoc tribuitur à Deo, mihi videtur, Iosepho collata in Iesum ea autoritas & iurisdictio quā pater in filios habet. Quod Christus manifestauit, quādo erat subditus nō soli Mariæ, sed etiā ipsi Iosepho. In hoc igitur grandis Christi ostensa est humilitas, qui nō solum Mariæ, sed etiā Iosepho filialiter subdi cupiuit. Porro quia a Deo nulli datur honor sine onere, necessario fit vt Iosephus qui patris honorem in Christum accepit, paternam etiam de Christo curam suscipiat. Sed quanta maiestas est, eius gerere curam, qui omnī curā habet: & rursus, quam magnificè retribuetur Iosepho, pro omnibus quæ retribuit Christo. An nō maior Ioseph noster, curā Christi gerens, quā antiquus ille Ioseph Ægypti curator? certè quo maior est Christus Ægypto, hoc maior est cura Christi quā Ægypti. ¶ Secūdu est. Dicit psalmus: qui numerat multitudinē stellarū, & oībus eis nomina vocat. Illi⁹ igitur est vocare, cui⁹ est numerare

Genes. 2.

Osee. 1.

Luce. 1.

Deuter. 32.

Osee. 4.

Math. 5. 10.

Ierem. 3.

Luce 7.

Luce. 2.

Psal. 146.

Gen. 2. merare. & dicitur in Genesi, Appellauit Adā nominib⁹ suis, cūcta animantia. videlicet, sapiētissimi Adā, qui rerū naturas probè nouerat, iuxta eas, rebus nomina ponit. Si igitur Ioseph Christo nomē ponit, seu vocat, ergo Christum probè nouerat: aliòqui p̄stitac⁹ esset, Christo nomen tribuens, quod non intelligeret. Quantæ verò magnitudinis est, Christum intelligere? Christū probè nosse? Beatus est, qui patrem cognoscit, & quem illē misit Iesum. Et beatus est Simon Bariona, quia Christū Dei filium nouit. an non & beatus Ioseph, qui ita nouit Christi naturam, vt illi posset imponere nomen? ¶ Ex quo tertiu⁹ intellige. Primus virorū qui Christi celsitudinē nouit, Ioseph est: nouit prius, puer Baptista: sed adhuc in vtero matris Porro ex viris integris primus Christianus, primus qui Christo hæsit, Ioseph fuit. Cui accessit dignitatis gradus, quod non hominem, sed angelum, Ioseph meruit habere magistrum, à quo didicit Christum vocandum Iesum, id est, saluatorem, vel salntem, vel salutare. ipse enim est, qui saluat populum suū à peccatis eorum.

Vbi iam dubium occurrit. cur in vniuersum, Saluator vel salus nominatur, qui non ab omnibus malis, sed à peccatis dicitur saluare duntaxat? Certè meritò Saluator dicitur, licet solum à peccatis saluaret. sicut & Iosue saluator dictus est, solum saluans à bellis. ¶ Sed profundius penetra, duplicia profectò sunt mala: à quibus saluari egemus. scilicet mala animæ quæ peccata sunt: & mala corporis, quæ sunt temporalia. ab his malis temporalibus Christus non vult in hoc sæculo saluare, imò frequēter nos in ea conijcit. Saluat certè ab eis, si ita necesse est ad animæ salutem, at si non est ita necesse, nō est malū in ciuitate, quod non fecerit Dominus. ¶ Sed adhuc introspecte, nullum malum pœnæ fuisset, nisi malū culpæ p̄cessisset: propter peccatū enim mors cum satellitio suo introiuit in mūdū. Si igitur Christus saluat à peccato, id est à radicē malorū, saluabit etiam ab omnibus malis. Saluabit planè in regeneratione cū venerit iudicare. ¶ Sed & nunc saluat ab omni malo. Si enim Paulum vides superiorē morte, inferno, & angustijs omnibus: si vides in omnibus superātem propter eum qui dilexit nos. Si vides gloriantem in tribulationibus, an non conuinceris Christum esse ab omni malo saluatorem in hoc sæculo? Misera nostra conditio nos nostris malis subdit, quos gratia Christi ab eisdem saluauit. Gratia nos Christi omni malo superiores effecit: seruauit igitur ille nos: si nos seruari nolimus, culpa nostra est. ¶ Nec æquum est illud filere, Salus tēperatio est, & mediocritas omnium humorum. vide igitur, nusquam hanc mediocritatem in spiritu senties, nisi cum in te habitauerit Christus. rem dictū miram, accipe hominem penitus perditū, si intrauerit Christus: inuenisti hominem reparatū: videlicet, est Christus salus

& temperatura cōtra omnia vicia. Verè sic est. virtus dicitur mediū inter extrema. Christus est hoc medium: Cum se intra viscera clausit hominis, salus saluum hominem reddit.

Hoc autē ^{totū factū est (inquit Mathē⁹)} vt Isaias verus mōstratur, qui

dixit, Ecce virgo concipiet & pariet. Sat videri poterat dicere, Ecce virgo concipiet. Sed quia tam conceptio, quàm partus miraculosa fuerunt, ideo vtrumq; recolitur. Conceptus sine semine miraculū est. rursus part⁹ sine claustris apertione, item miraculum est. Pariet igitur filiū, & vocabitur Imanuël. ¶ Dices quomodo cōueniunt, vocabitur Iesus: Et vocabitur Imanuël? Certè textus Isaie dicit hebraicè: vocabis Imanuël. vbi vocabis, quia fœminini generis est, ad matrē filij referri debet: vt sit sensus. Virgo concipiet, & pariet, & ipsa vocabit eū Imanuël. Quod ita esse ego facillè credo. Sentiēs enim se virgo tāto filio fœtam: & intelligens Deitantiā dignationē, illa hoc nomen suo fœtui nominauit: Nobiscum Deus. Sed mecū illud expende. Poterat planè Deus esse nobiscum ad iudicandum nos: ad castigandum, ad perdendū. Vt igitur intelligant homines Christū non venisse, vt iudicet mūdū, sed vt seruetur mundus per ipsum, ideo noluit nomen quod horrore impijs esse poterat: sed illud nomē accepit, quod in se nomē Imanuelis clauderet, & salutem quam cupiebat efficere, aperiret. Apertū enim est: Si Deus salus nostra est, nobiscum planè est. Salus enim intra saluū est, non extra. Ideo enim nos sibi tanquam sui corporis mēbra cōiunxit, vt sicut corpus sanū, membra sana reddit, ita & ipse salus nostra esset, nos sibi coniūgens. Est igitur nobiscum vt corpus cum partibus, caput cum corpore. Id verò nulla ratione fieri posse videbatur, nisi Deus se hominē reddidisset. Libet enim mihi inter fideles hanc regulam ad intelligendas scripturas adhibere. Cum aliquid de Christo dictum inuenieris, verificandum est de eo summè: quantum veritas pati potuerit. Volo dicere: Audis de Christo, Ego sum pauper, & dolens, salus tua Deus suscepit me. Verifica igitur in Christo summā animi paupertatē. Rursus summum ei in passione tribue dolorē, & demum intellige, ipsum à patre fuisse summè in resurrectione susceptum. Ita cum audis Christum esse nobiscū Deū, intellige modum summum, quo Christus potuit nobiscū esse, & illū Christo concede. Quia igitur modus summus existendi nobiscum erat, si substantialiter & personaliter nobis vniretur, modum hunc Christo tribue. cum enim Deus opera sua iactat, non nisi summa opera iactat.

His auditis surgit è somno Ioseph, & facit, sicut ei præcipit Angelus. At nos non facimus, sicut nobis præcipit Deus. Certè Deus erat qui p̄ Angelū loquebatur Iosepho, at nobis Deus ipse loquutus est, in filio, qui etiā loquutus est. Cur ergo non facimus quæ ille præcepit? Planū est, quia

Isai. 7.

Isai. 7.

Ioan. 3.

Psal. 68.

Hebr. 1.

regula Beo logica

CAPVT. II.

Cum natus esset Iesus.



VR natus sit Dominus in Bethlehé, digna res est, quâ tractemus. Et primû natus ibi est, & ibi adoratus, vt responderet veritas figuræ. Dauid paruus corpore, sed pulcher aspectu, viribus fortis, 1. Reg. 16. cantu suavis, (quo dæmonem Saul expellebat) hic Dauid in Bethlehem inungitur, & inauguratur rex Israelis: ita Christû humilem aspectu, sed pulcherrimum spiritu, potentissimum robore, qui fortem armatum deicit, qui suo cantu & prædicatione dæmones è nostris fugauit mentibus, conueniebat inungi regé in ciuitate Dauid. ¶ **S**ecundò: Arca Domini ad ducta est à Dauide in Bethlehem, idq; cum magno populi iubilo. De quo refertur in Psal. Meméto Domine Dauid: Multo melior arca fuerat Christi humanitas, in ventre virgineo clausa: In ea enim omnes cœlestes thesauri reconditi sunt. Hæc igitur arca induci debuit in Bethlehé, & ibi nasci cum magna angelorum, pastorum, Magorû, Iosephi & Mariæ lætitia. ¶ **T**ertiò: Vbi nam erat nasciturus panis de cœlo, panis angelorum, panis viuus, panis vitæ, nisi in domo panis, quæ Bethlehem est? & vbi debuit nasci germen, & fructus terræ sublimis, nisi in ciuitate fructifera? ipsa est Bethlehem ephrata. Nec immeritò nascitur in Bethlehem Iudææ, id est in domo panis & confessionis, siue laudis. Nulla enim vnquâ tâta laudâdi Deû ratio fuit, quâ quia Deus panis noster factus est. Quodq; cû panis noster esse voluerit, nõ se in arca clausit, sed in domo panis se exhibuerit. At non nisi in præsepio reclinatus: Vt ostenderet & nos iumenta esse: & hanc esse huius edendi panis rationem, si iumentum efficiaris, id est stultus, 1. Corin. 3. vt sapiens fias.

Cum igitur natus esset Iesus in Bethlehem Iudææ, ecce Magi ab oriente venerunt. Ergo nõ solû Christus exaltatus à terra omnia trahit ad se: sed etiam natus in terra omnia trahit ad se. Ergo non solum exaltatus in cruce habet hamû quo cunctos venetur, sed etiam reclinatus in præsepio. Potentior videri voluit Christus in vilitate, quàm in maiestate. Cum enim esset in gloria sua pauculos adduxit ad se: at cum esset in præsepio, id est loco iumentorum: & in cruce id est loco latronum, ibi aperuit gloriam suam, & omnia vocauit ad se. Certè cû Adam formatur in paradiso, omnia animalia aduocauit coram se, vt omnibus suum imponeret nomen: ita cum Christus nascitur in stabulo, omnes gentes allicit ad se, vt omnibus benedicat, & nomen Christianitatis imponat. Prior homo de terra terrenus, terrenum & temporale nomen dedit rebus: at posterior Adam, nomine æterno hæreditauit eos qui in Regibus Magis sibi voluerint

quia nõ surgimus è somno cum Iosepho: imò nõ surgimus è morte: nec enim immeritò dixit Zacharias Christû venisse illuminare his qui in tenebris (somnum audis) & in vmbra mortis sedent. Iam audis & mortem. nec frustra Paulus clamat: Surge qui dormis, (somnû nostrû audisti) surge à mortuis, & illuminabit te Christus.

Claudit Mathæus primum hoc caput, dicens: non cognouit eam donec peperit filium suum primogenitum. Vbi nota quòd sicut Deus pater vniciû habet filiû de se naturaliter genitû: q primogenit⁹ Patris dicitur. iuxta Paulû dicet. Cû introducit primogenitû in orbem terræ, dicit, & adorent eû omnes Angeli eius. Cum igitur primogenitus Patris dicitur, non fit, vt Pater alios habeat filios de se naturaliter genitos: fatemur enim Christû Dei filiû vnigenitû: ita correspondenter, virgo sacra vnû habet filium primogenitû, qui & vnigenitus est. Et sicut Pater habet alios filios adoptatos: ita habet & virgo: inter quos principé locû habet Ioannes Euangelista: cui dictum est: Ecce mater tua. ¶ Porro & illud pœnitius cõtēplare: Dixi supra duos mûdos à Deo conditos scilicet naturalē hunc, & spiritualem, id est Christianum. Iam in mundo naturali Christus est primogenitus omnis creaturæ, & ante omnem creaturam: hac tamen lege, vt omnis creatura in ipso sit: & in ipso viuat. Dicit enim Ioannes. Quod factû est, in ipso vita erat. Itaq; omnes res mûdi sunt in verbo Dei: in quo viuunt. in se ipsis planè aliquando viuunt: aliquando languescunt, aliquando moriuntur. Has vero mutationes non patiuntur res in Christo, quia in ipso vita sunt. Ita pœnitius in mûdo gratiæ, Christus est Mariæ primogenit⁹: hac lege vt in ipso omnes homines viuant. Vt enim in Adam omnes moriuntur, in Christo omnes viuificabuntur. In Christo igitur omnes habemus gratiam, omnes surreximus, omnes ascēdimus, omnes cum illo sedemus in cœlestibus. Si languemus, si peccamus, si deniq; dānamur, in nobis hæc patimur non in Christo. Dicebat Paulus: nõ angustiamini in visceribus nostris, angustiamini in visceribus vestris. quanto verius, & fœlicius id dicit Primogenitus noster? ¶ Demum proprium est Primogenitorû, ipso iure sequētes alere fratres, licet adoptatos. Clamemus nos ad Christum, vt alat nos. Faciet ille vero. Vt cui nõ defunt, quæ tribuerit alimenta. nec enim dando minuitur quod habet. ¶ Nota. Christus non solû dicitur primogenitus Patris, & totius esse: & primogenitus matris: sed etiam dicitur primogenitus ex mortuis: est primogenitus mortis & non esse. Itaq; primus quem mors & nõ esse ad vitam & esse immortale prodiderunt, Christus est. Ipse est primus: & ipse vltimus. Si enim mors parit fideles ad vitam, non parit in se: sed peperit in Christo. Vt enim moriente illo, omnes mortui sumus: ita ædito ad vitam è morte, omnes etiam æditus sumus. Ipsi gloria in secula seculorum.

Luce. 1.

Ephes. 5.

Primoge
mfg

Hebr. 1.

Ioan. 19.

Ioan. 1.

oēs sumus
in Christo

1. Cor. 5.

Ephes. 2.

2. Corin. 6.

Coloss. 1. &
Apocali. 1.

Psal. 44.

Luce. 11.

2. Reg. 6.

Psal. 131.

Coloss. 2.

Ioan. 6.

Isaic. 4.

Ioan. 12.

Genes. 2.

1. Corin. 15.

voluerint esse fideles. Veniunt ergo iumenta ad formatū Adam non vt edant, sed vt nomen accipiant. Veniant itcm iumenta ad formatū Christum, ad stabulum, ad præsepium & ad domū panis, non solum vt Christiani nominentur, sed vt vitam habeant, & abundantius habeant. & certē si ad domū panis venerint, cum natus sit panis in domo panis, non deerit famelicis cibis. Oēs igitur sitientes & esurientes venite ad aquas & ad panē. **Isaias dicebat: Filij tui de longe venient, & filij tue de latere surgent.** Horum primum in Magis de longe venientibus impletur. Alterum relinquitur implendū in die mortis Christi, cum Ecclesia de ipsius latere surget. ¶ **Et quidē venientibus Magis ad adorandum Dominū, (cum Magi Reges fuerint,) comitia in stabulo celebrata sunt.** Christus rex in auguratus est. Reges Regē adorant nouum. Nec enim par erat vt Rex mūdi, ad nos adueniens vt homo, non à regibus vt rex adoraretur. ¶ **Hoc vērō vnum volo te lector non latere.** Mihi quidem hic Magorum aduētus videtur vnum ē summis miraculis à Christo in hoc mundo editis. Planē video grande miraculū in latronis ad Christū crucifixum conuersione. **Et ita decebat, vt in die quo effudit Deus sua in nos viscera, miraculum tantę conuersionis efficeret.** Sed interim specta pendentē Christum, suę pietatis thesauros aperietem: latronem proximum: miracula quę fiebant. Hęc omnia pectus latronis illuminabant vt Christum agnosceret. Porro non nisi miraculum grande fuit, quod Reges sapientes, tam longē disiti, tam subito, tam inclementi cęlo, per regiones ignotas, cum capitis periculo, Christum in stabulo adorauerint. Non igitur immeritō Mathęus dicit: **Ecce, quasi rem vehementissimē stupendam.**

¶ **Sed quæres.** Si viri hi præstantissimi Reges fuerunt, vt vulgi fama est, vt etiam Ecclesia in Magorum picturis admisit. & vt Sanctorum Patrū tradidit autoritas Ita enim habet Athanasius, de variis quæst. q. 2. & Tertulli lib 3 contra Marcionem. D. Antoni 1. par. titul 6 quibus adde eos qui à me adducti supra sunt. Iā si Magi Reges fuerunt cur non eos Mathęus reges nominauit? ¶ **Prima causa vt arbitror est:** quia magis ē re nostra, & Dei, erat, vt Sapientes testimonium de Christo redderent quā reges. Reges, enim ferē ignorantēs sunt, aliorumq; sententiam sequuntur: & cum sapiunt, sapientum reguntur consilio. maius ergo testimonium est à Sapientibus, quā à Regibus. ¶ **Secūda causa fuit:** vt quia primi q; à Deo descuerūt, sapientes fuerunt: ita primi qui Deū quęsierunt, sint etiā Sapientes. Vox dæmones, Sapientes significat. Magi item sapientes. Dæmones cadunt. Magi igitur resurgant Vt intelligas quod sicut nihil periculosius sapientia sibi relicta, ita nihil excelsius sapientia diuino lumine illustrata. Illa facit dæmones, hęc Magos. ¶ **Tertia causa est:** vt ostendatur, quā equum erat, vt qui rex futu-

rus esset, sapiens esset. quique sapientes esset gubernaturus, sapientiā, quā gubernaret haberet. ¶ **Quarta causa est:** Corā principe Christo, nullus fidelium vocari rex debet. Coram Sole remittunt stellę lumina sua. Coram Christo igitur imperatore cesset regum nomenclatura. ¶ **Quinta causa:** Christus rex venit ministrare, & nō ministrari, nec patitur vt inter suos superbē reges dominentur: sed qui maior est intet vos, sit sicut minister: ideo in principio sui regni, seu potius ministerij, noluit hos vocari reges, sed Magos. ¶ **Sexta causa est:** Nescio quid supercilij habet Deus cōtra huius sæculi regiū nomen. Certē cum populus à Samuele expetiit regem, Deus se abiectū exoptulat contra ludęos. volebat enim ille solus Iudeorum esse rex, id nomen aliis velut fastidians. Ideo noluit minus gratum sibi nomē, in exordio suę Ecclesię inter fideles adscribi. Quasi dicat sit Herodes rex inter infideles, at inter meos, vt vnus est pater vester: ita vnus vocetur rex vester. ¶ **Septima causa:** Si innocentia durasset, sapientia quidem esset, sed nō regnum. Si Adam non peccasset, regibus homines non egerent. Cum igitur Christus innocentiam restituere cupiat, regni nomen noluit adscribi.

Nec vacat mysterio quod dicit **Ecce Magi ab Oriente.** Certē ab Oriente vt à Solis ortu vique ad occasum laudabile esset nomen Domini. Et sicut à Solis ortu cępit genus hominum, ita inciperet & genus fidelium. Rursum ab Aquilone panditur omne malum. Quia omnis mali ferē origo, diabolus fuit, (qui Aquilonis nomine consetur. Soliū quippe ille in Aquilone statuere volebat:) ita ab Oriente panditur omne bonum. Quia omnis boni origo Christus est: de quo dictū erat, quod sit Oriens ex alto. Igitur sicut qui in quauis mundi parte peccant, ab Aquilone (dici possunt) quod veniant: ita qui bene agit vbi vis sit, ab Oriente venire dici potest. ¶ **Sed intimē aduerte.** Oriens est vbi sol nascitur, & cui sol nascitur, in Oriente est: sicut cui sol occidit est in occasu. Intellige igitur eum, cui radius diuinus nascitur, cuique illuminatio diuina refulget, in Oriente esse. Iam si illi nascitur radius lucis, certē ad Christum venit: quia non est in alio aliquo salus. Ita ipse dicit: Omnis qui audiuit à patre & didicit (id verō est illustrari ab Oriente sole) venit ad me. mysterium ergo hoc est Si illustraris, in Oriente es, & ad Christum venies. Si ad Christum non venis, non didicisti à splendore Orientis luminis in te.

Veniunt igitur Magi ab Oriente Ierosolymam, vbi tunc fidelium erat Ecclesia. vbi erat prædicatorum & doctorum cęlebrior conuentus. Causam fortē requiris, cur Ierosolymam intrant? Hanc accipe. Sicut Deus Angelos inferiores per superiores illustrat, perficit, & gubernat: & sicut mūdum hunc corporalem per Angelos inferiores disponit: & corpora per animas viuificat: ita & voluit populos subiectos per doctores & Sacer-

Ioan. 10.

Isaie. 55.

Isaie. 60.

Ioanis. 19.

Luce. 23.

Math. 20.

Math. 11.

1. Reg. 8.

Math. 23.

Psal. 49.

Genes. 2.

Ierem. 1.

Isaie. 14.

Luce. 1.

Act. 4.

Ioan. 6.

Dionys. 8. capit. cxi. Ierarchia.

Math. 23. dotes gubernare. Ita enim ipse ait: Super cathedram Moysi sederunt Pharisei & scribæ, quæ dixerint vobis facite. & secundum opera eorum nolite facere. Ita quidem contigit nunc Magis. quæ dixerunt legisperiti susceperunt. At licet scribæ puerum non requisierint, Magi requisierunt. Igitur Dominus non semper voluit docere nos ore suo, docet verò semper ore doctorum. Et hoc significauit Dominus in die palmarum, cum non insedit asinæ, nisi interiectis Apostolorum vestimentis. Nimirum non insidet animabus nostris, nisi doctorum interuentu. Rectè ergo inter laudes Ecclesiæ hanc cecinit Psaltes: Quia illic sederunt sedes in iudicio, sedes super domum Dauid. Prius ergo accedat domus Dauid ad sedes doctorum, quam ad puerum sedentem in medio doctorum.

Intrantes Magi Ierosolymam, id vnicè requirunt. *Vbi est qui natus est rex Iudeorum?* Quam interrogatione monstrarunt, vnicum Christianorum institutum (si modo à stella illuminati sunt) hoc esse: videlicet requirere vbi est, natus rex Iudeorum. In quo loco habitat rex hic natus. Cantic. j. Sanè querebat sponsa: indica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes. Non est alia deuotis viuendi ratio, quam inquirere, vbi inuenient Christum. Inuenient quidem in iustitia, & sanctitate veritatis. Inuenient in spiritu & veritate. Sed quid veritatem dicere vereor? Inuenient in paupertate: in ignobilitate, in stabulo, in præsepio. Morientem inuenies in cruce, nascentem in stabulo, vtrobiq; suma deiectio, vilitas extrema. O rerum varietatem mirabilem! Ille Deus, rex Iudeorum antiquus, ille notus in Iudæa, inueniebatur in templo sedens super Cherubim. Dominus enim in templo sancto suo, Dominus in cælo sedes eius. Igitur Rex æternus in cælo inueniebatur, id est, in loco maiestatis: in templo inueniebatur, id est, in loco auro byssoque fulgenti. Cur ita? quia seruantibus legem illam veterem, antiquus dierum, antiqua bona præstabat: aurum scilicet gloriam & honorem, ceterasque delicias. Porro rex Iudeorum nouus, rex natus non delegit locum in auro, in argento, in honore aut delitijs. Vbi igitur? in vilitate. Igitur Iudæi Deum sequebantur auro & honore splendidi. At Christiani suum natum sequuntur regem, in paupertate & squallore iacentem. Igitur o Christiani, si placet rex nouus, rex vobis natus, placeat etiam solium quod sibi ipse delegit.

¶ Sed non te lector prætereat quod hac sua interrogatione Magi docuerint, non iam satis esse ad salutem assequendam, si quis credat in Deum, & fidem habeat implicitam de Messia. minimè id satis est. Sed necessario requiritur vt queramus natum regem Iudeorum, id est, vt fidem habeamus explicitam de natiuitate & incarnatione regis nostri. Sanè Iudæi profitebantur nasciturum Christum, at Christianitas in Magis incipiens, eundem iam natum profitetur, & ob hanc

professionem, coram Herode, & toto orbe, caput periculo exponit.

¶ Libet tamen verbum illud sacrum expendere. *Qui natus est rex Iudeorum.* Planè rex Iudeorum absolutè, Deus est. Ita enim iactant in suo Psalmo Iudæi: Deus autem rex noster ante secula, operatus est salutem in medio terræ. Et in alio Psalmo: Filie Sion exultent in rege suo. Laudent nomen eius in choro & tympano. & cæc. & Zacharias: Ecce rex tuus venit tibi. Rex igitur Iudeorum simpliciter Deus ipse est. Iam si rex Iudeorum est Deus, & hunc, quod natus sit Magi fatentur, fatentur igitur Deum natum: Deum scilicet hominè factum. ¶ Adde & aliud: Si Christus natus est rex: Igitur nõ humano decreto rex est. aliõqui homines, neminè nisi natum, suscipiunt in regem. Est igitur Christus rex diuina sanctione. Vt verò est sacerdos in eternum. Quia iurauit Dominus & non pœnitebit eum, tu es Sacerdos. & ideo est sacerdos in eternum, eternum habens sacerdotium, ita & rex est in eternum, & regnum habet quod est regnum omnium seculorum, quia ordinatione Patris æterni rex est. ¶ Adde tertio: Reges humani, sicut nõ nascuntur reges, ita nec moriuntur reges. cum moritur rex, iam non est rex. At Christus sicut natus est rex, ita & mortuus est rex. Ita testatus est titulus ille, super crucem scriptus cum Christus moreretur: Iesus Nazarenus rex. Regum igitur testimonio, Christus nascitur Rex. & Principis Pilati titulo Christus moritur Rex. contra quod licet contendant Iudæi, sed persistit Pilatus. ¶ Adde quarto: Cũ Magdalena querit mortuum Christum, rogat eum qui sibi venerat obuiam, si tu sustulisti eum? Tanta enim erat amoris magnitudo, vt putaret, illum ab omnibus requiri, quæ illa querebat. ita & Magorum tam erat feruens animus, vt putaret, nihil tunc ab omnibus Iudæis tractari, nisi de rege nato. Ideò confidenter querunt vbi est natus rex, nec querunt ab Herode aut scribis, sed p̄miscuè ab omnibus. Sanè qui amoris sagitta percussus est, putat omnia de suo tractare dilecto. Vt nos Sponsa in Canticis docet.

Querunt igitur, vbi est ille natus rex: *Vidimus, inquit, stellam eius.* Adeò præclara est illa stella, adeo est vehemētis splendoris & caloris, vt nihil sit difficultatis, nihil laboris, aut periculi, quod stellam hanc vidisse, nõ superet. Si te Deus intus illustrat, hæc est stella, & est stella Christi. Planè stella eius est: quia illum reuelat: illum querere: illum cũ inuenit adorare: & eius pedibus omnia subiicere facit. Quid ni? si tuum Deus illustrat intellectum, si ille tuum inflammat affectum, quid non superabis, quid non relinques, vt quæ stella demonstrat, cõsequaris? Exemplo sit tibi Saulus ille spirator minarum & cedis: Vbi ei radiavit stella, vbi lux de cælo refulsit, pronus cadit in terram, vides ne adorabundus? rogatus, Christum, quid à se fieri desideret, paratū se p̄fessus oia illi subiicere. vides ne munera (.i. seipsum) Christo offerentem?

Si igitur

Psal. 73.

Psal. 149.

Zacha. 9.

Psal. 109.

Hebræ. 7.

Psal. 144.

Math. 27.

Ioan. 20.

Canti. 5.

Act. 9.

Si igitur stupes, quod Magi reges & docti, tā difficile sint iter ad orti, cessabit tuus stupor, vbi intellexeris, tale illis lumen splenduisse, quale Paulo refulsit. Nec miraberis quod fecerint, sed quod animo facere parauerint. Hic tamen nostra cecitas reprehenditur. illis falsit stella, nobis ipse Christus splendet. at illi tam longū iter arripiunt: nos nec pedem mouemus. illos calefacere potuit stella, etiam in media hyeme: nos nec ipse Sol iustitię calefacit, nobiscum semper in Eucharistia manens. ¶ Nota: Non solum cælum, esse stellis Christum indicantibus exornatum: sed totum orbem, cælum quoddam esse, in quo vel minutę herbę, vel exigui lapilli, stelle quędam sunt, & stellę eius, scilicet Christi. Si esset oculus qui contempleretur, vndique sanę a stellis admoneretur. ¶ Rursus nota: Quod incredibile videri potest, quin stellam quā Magi viderunt, viderint & alij. At hi Magi ad vitā eternam ordinati, omni difficultate superata, stellam ducem sequuti, ad Christū peruenerūt. Habes igitur Prędestinationis efficaciam. Planē quos vult prędestinat, quos verō non vult reprobat. cuius enim vult miseretur, & quem vult indurat. Quod etiam in Iudęis manifestius declaratur, qui nec scribarū testimonio, nec Magorum exemplo adacti sunt, vt suum regem requirerent, quem alieni requirebant. Ita cum Christus noster sit, cumq; simus ipsius, ipsum querere non curamus.

Adiiciunt pręterea Magi. *Vidimus stellam & venimus adorare eum* Quid o viri pręclari? An non satis erat illum in vestra regione venerari? tempus profectō iam venit, quando nec in monte, nec in templo adorare Dominum est necesse: sed in spiritu & veritate. cum enim ille spiritus sit, omnia implens, in omni omni loco dominationis eius benedicere eum anima nostra potest. Cur igitur in loco vestro non adoratis: sed tam immensum carpitis iter? Nihil tale. is enim quem intus Deus docet, & illustrat, non quiescit, sed vadit. Paulus cum illuminatur, nō in suo loco quiescit, sed dicitur ei, vade in Damascum, ibi dicetur tibi, quid te oporteat facere. Similiter dictum est Magis, vadite in Hierusalem, ibi scieris quid factō opus sit. Rursum, cum inuenit ille thesaurum, absconditum in agro, non ibi cessat. sed vadit, & prę gaudio illius, vendit omnia quę habet. Planē non inuenisset thesaurum, nisi stella mōstrasset. Vbi verō stella mōstrauit, non ille quieuit, sed iuit. Et Dominus dicit: Qui vult venire post me, abneget se, & sequatur. nullibi cessandū igitur, sed exeūdū est nobis de terra nostra, & cognatione nostra, & eundū in terrā quę nobis mōstrauerit Dñs. Ergo vbi Dñi gloria speratur, aut proximorum profectus, charitas quę magna operatur, non quiescit, non languet, non est ociosa. non. n. querit quę sua sunt, sed quę Iesu Christi.

Audiens porrō Herodes Magorum interrogationē,

turbatus est, & omnis Ierosolyma cum illo. Quid miraris si turbatur mundus, vbi mentio de Christo est? turbatur latro vbi est de iudice mentio. Sane si Christi vita mundi mors est, quid mirum si turbatur viuus, vbi videt se, iam moriturū? Adducit Christus viuendi rationem, vitę mundi contrariam: quid ergo mirum, si turbatur lepus, cum aquilam videt in se irruentem, a cuius est vnguibus discerpenda? Senex cum iam est morti vicinus, turbatur. ita & terrenus, senex, & vetus homo noster turbatur, cum vitā aliam conspicatur aduenire. Sed mecū intus penetra. ¶ Turbatur Herodes, qui gentilitatis typus est, turbatur etiam Ierosolyma, vbi sunt Iudęi. Turbantur igitur in aduentu Christi & gentes & Iudęi. Sed cur tandem? Ratio est, quam Paulus in tota ad Romanos epistola docet. Equidē si Gentilium profectio gentiles suos iustos effecisset: ipsi iusti iustitiā Christi leti suscepissent. & similiter, si per legem esset iustitia: ij quos lex iustos reddebat, iustum Christum vlnis expositis amplecterentur. Porro cum nec Philosophia nec antiqua lex, aliquem ad perfectum adduxerint, sed omnia veniente Christo erant sub peccato cōclusa, necesse est peccatum gratia veniente turbari. Planē omnes ferē gētes & omnes ferē Iudęos fortis ille armatus possidebat. turbatur igitur antiquus ille tyrannus, cum coniectat, pro foribus iam venire, a quo sit ipse turbandus & exturbandus. Igitur turbatio Herodis & Iudęorum, pręsagium fuit turbationis; quę ad Euangelij sonum, erat in orbe futura. dictum enim fuerat adhuc modicū, & ego commouebo cælos & terram. & rursus: alluxerūt fulgura eius orbiterre, vidit & cōmota est terra: Montes sicut cera fluxerunt. & cęt. Iam fulgura Dei, Euangelij p̄dicatio sunt. Euageliū n. & illustrat, & terret. ¶ Demū turbatio illa Herodis & suorū figura fuit eius turbationis, quę peccatrix anima patitur, vbi ab ea prędicatores requirunt, vbi nā est Deus tuus? vbi nat⁹ est rex tuus? Cur regem tuum ignoras? cur regem alium habes? Tunc turbatur vehementer animus mundi potestati subiectus. turbatur illa animi nostri ciuitas, quę alium quam Deum sibi delegit in regē. ¶ At rogas: Si Christ⁹ est animi sal⁹, vita, medicina & redemptio, cur languens & mortuus animus, sua remedia fugit? Certē si non turbaretur, si nō fugeret, sanitatem indicaret. At propterea phrēneticus animus est, propterea morbo languet, quia suam salutem venientem timet & horret. Sed si cum Magis adorare voluerit, sanabitur.

Quod verō Herodes congregat Sapientes, a quibus instruat, vbi sit Christi natalis: pulchrū mihi videtur gerere typū animi, hinc amātis terrena, hinc verō diuino terrore percussus. is enim nosse contendit, an vera sint, quę ei prędicator sugessit? An liceat sibi in suo luto versari? An Christus esse possit in sordibus amorū,

b ij vsura

Hebr. 10.

Roma. 11.

Luce. 11.

Aggei. 2.

Psal. 96.

1. Corin. 13.

vsurarum, & fraudum suarum? sciscitatur mercator de suorū iustitia lucrōrū. sciscitatur princeps de iusta ditione locorum suorum. &c. An non tibi videntur hi Herodem imitari, si postq̄ veritatem rescuerunt, exercere recusent? ¶ Secundo etiam Herodem imitantur qui quotidie p̄dicatores audiunt, accurruntque vbi p̄dicatoris maior est fama: audiunt hi, discūt semp̄ nunquam tamen ad sciētīā veritatis perueniūt. hi congregant scribas & sapientes in maius suæ damnationis cumulum. melius enim eis fuerat veritatem non nouisse. ¶ Sed tertio nota: O vtinam reges nostri in grauibus causis & negotiis suis, consilia Sapientum requirerent! o vtinam Christiani principes non suum sequerētur sensum, sed scriptis (maximè diuinis) auscultarent. Sed iam v̄ est principibus, si postquam nouerunt suorū dicta Sapientum, contēnūt quod Dñs dicit, sequuntur verò, quod libido iubet. ¶ Ultimo specta, quòd Sapientes Iudēi, nihil audent diffinire, nisi quòd scriptum inueniunt in Prophetia. O si & Regū consiliarij non adeò adhererent his que Bartolus aut Baldus senserunt, sed si fieri posset ex Diuinis penderent oraculis. ¶ Non te p̄tereat: Concilium id definire quòd Diuina firmiter auctoritas. Video sane eiusdem esse auctoritatis Concilium & Euāgelium, sed ita voluit spiritus sanctus, vt que Concilium definirit, baculo nitantur auctoritatis diuinæ.

Igitur interrogati Sapientes vbi Christus nasceretur, respōdent: *In Bethlehem Iudæ.* Ita profecto: quia in domo panis, id est, in pectore misericordie, nascitur Christus. Qui enim non diligit proximum non est ex Deo. At qui nō dat proximo indigenti panem, sed claudit viscera sua ab eo, quomodo charitas Patris est in eo? Sed attende. nō fat est, vt in te nascatur Christus quòd pectus habeas tenerū, nisi simul sit Deo per confessionem addictum. Si misericors es, & Deum offendisti, Bethlehem habes, sed non Bethlehem Iudæ, id est, misericors es in proximum, at tua misericordia non placet Deo, quem offendisti. Esto igitur in proximum misericors, & in Deum pius, vt in te Christus nascatur.

Suæ responsioni Iudēi adhibent testimoniū Micheæ Prophetæ, licet multo aliter retulerint, quàm in eo scribatur. Sic enim Micheas. Et tu Bethlehem Ephrata, minimus es, vt sis in milibus Iuda, ex te mihi exiet, vt sit dominator in Israël, & egressiones eius à principio, à diebus eternitatis. At Pharisei variarūt ex hoc testimonio multa. Primum non dixerunt verbum Ephrata, sed eius loco dixerunt terra Iuda. Explicaueruntq; hoc modo verbum Ephrata. alia enim Bethlehem in tribu Zabulon nō erat. Ephrata. Secundo variarunt illud, minimus es. Et dixerunt, nequaquam minimus es. At sensus est idē. Ac si dicerent. nunc quidem es obscurus, sed princeps, ex te exiturus, te super omnes illustra-

bit. Tertio, loco illius, in milibus, posuerunt in principibus. quod minus est mysteriorum capax. Quarto abstulerunt illud, mihi & tacerunt finem clausulæ. Nec enim dixerunt: egressiones eius &c. ¶ Iam locus Micheæ reuincit apertò Iudæos, dicant obsecro, quis nam est hic dominator à Bethlehem exiturus? Dauid esse nō potest, quia nō exiet cū iā exierit: nec Ezechias, aut Zorobabel: hi n. non sunt egressi ex Bethlehem. & nulli homini conuenire potest, quòd egressiones eius sint à diebus eternitatis. Quod etiam confundit Arrianos. Si enim Dominator hic est à diebus eternitatis, igitur æternus est. Æternum verò est, quòd nunquam non fuit. mentiuntur ergo Arriani dicentes: fuit, quando Verbum non fuit. ¶ Sed excutiamus locum Micheæ. Tu inquit *Bethlehem* Sanè in domo panis, seu in loco panis, nascitur & recòditur panis. Quā verò pulchra res est granū frumenti! Cur ergo tā pulchra res demetitur, teritur, ventilatur, expoliatur, mola subigitur, massa conficitur, igne duratur? Certè vt panis hominum fiat. Igitur si Christus in domo panis nascitur, iam ab initio demonstrat: quomodo sit demetendus, terendus & expoliandus: vt tandem panis noster efficiatur? O inestimabile Dei dignationem, hominumque apud Deum estimationem! ¶ *Ephrata*, id est, fructifera, non fuit Christo fat, qd' panis noster esset nisi etiā fructus noster esse vellet. Vbi primò indicatur Christū esse panē & fructus. Imò Christus est nobis omnia: Est enim māna omnes sapes continens. Secundo indicatur, quòd in statu innocentie homines erant contenti pane & fructibus terræ. Vt igitur Panē hunc, & fructum hunc comedas, innocens esse debes. Tertio: quia hic fructus est fructus terræ sublimis, id est, longe eleuatus à terra, non sine labore, non sine nisu, eum assequi poteris. Non enim facile ad excelsa pertingimus. Quarto: Ex arbore vltimum quòd expectas est fructus. Vltimum igitur à te sperandum, finisque à te exoptandum, Christus esse debet, finis enim legis Christ⁹. Imò finis oīs creaturæ Christus. Dulcissimū in arbore fruct⁹: dulcissimi ex omni creatura Christus. ¶ *Minimus es*, sed nequaquam minimus. Sicut q; in Bethlehem nascitur, *minim⁹ est*, & nō minimus. ita & Bethlehem minima est, & non minima. Minimus est Christus, quia vermis est & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis: minimus, quia non venit ministrari, sed ministrare. minimus quia minor est in regno cœlorum, vt ipse de se dixit. minimus, quia mitis est & humilis corde. minimus, quia est nouissimus vitorum, vir sciens infirmitatem. At ideo non minimus. quia constitutus est. à Deo super Sion. Imo super omnem principatum, potestatem & virtutem, & super omne nomen. Nequaquam minimus, quia dedit ei pater nomen super omne nomen, vt in nomine IESV oē genu flectatur. Sic igitur & Bethlehem minima

Ioan. 6.

Coloss. 3.
Sapient. 16.
Genes. 1. d.

Isaie. 4.

Roma. 10.
Apocal. 7.

Psalm. 27.

Math. 20.
Math. 11.

Isaie. 53.

Psalm. 2.

Ephes. 7.

Philip. 2.

minima es oculis hominum, cum te exiguam & sine populo videant. At non minima, cum te Deus in cunam filio suo delegerit. cum tu fueris in sinu tuo, natum temporaliter: quem fouet sinus Patris, natum ab æterno. Magna sanè est domus Domini vbi colebatur. Magna item domus panis, vbi nascebatur. magna & gloriosa dicta sunt de Ierusalem. Sed quæ? Certè quia multi homines nati sunt in ea: quia in ea habitabant Tyrij & populus Æthiopũ, & alienigenæ. Quanto verò maior laus Bethlehem. Vbi Christus natus & habitator fuit. Sic etiam fœlix anima quæ minima est in oculis suis, non verò minima in oculis Dei. In hac anima nascitur Christus, multo fœlicius quàm in Bethlehem. siquidem ex Bethlehem exit qui nascitur. At ex pia anima nunquam Christus exit, sed porrò manet in æternum. ¶ *In millibus Iuda.* Vt enim qui in te natus est, electus fuit non solum in millibus, sed ex millibus. (Siquidem chori Angelorum significantur per nouem: quibus si addas hominum chorum efficiuntur decem,) qui cum sint millia millium, ex omnibus his millibus electus est Christus, vt sponsa in canticis cecinit: ita & Bethlehem electa est ex omnibus millibus locorũ Iuda, vt exciperet virginis partum, cuius cœli non erant capaces. Sed cur non dixisti in millibus Asiæ. in millibus mundi? Tolle fœtent hi superbi tituli Deo. in Israël, in confessione quæ est Iuda, ibi magnũ nomẽ eius. Ibi notus Deus. Iactet suam Europa Romam. Iactet suam Babiloniam mundus, nihil plenè Deo placet, nisi in Iuda sit, id est, in cognitione & confessione nominis sui. ¶ *Ex te mihi exiet.* Deus bone, quid sibi vult ex te exiet? quis nam est qui exiet? Cur nõ dicis, quis est qui exiet? At verò tantus est hic qui exiet, vt quoduis afferas nomen, quoduis ei nomen imponas, minus dixisti. Si dixeris exiet dux, maius duce est. Si exiet princeps, & principe etiam maior est. Tibi ergo silet omnis laus: siquidẽ maior es omni laude, reuera, quia datum est tibi nomen, omni nomine maius. Meritò te Deum profitemur, cuius nomen est innominabile. ¶ *Nec vacat mysterio quòd dicit ex te mihi exiet.* Certè aliæ fœminæ (vt Sara) viris suis pariunt. Nam quos pariunt, à viris acceperunt: Proferunt igitur & reddunt debitum viris, à quibus genuerunt. Porrò quia sacra virgo, a solo Deo filium accepit, (quia quod in ea natum est, de Spiritu sancto est,) idèo princeps qui ex virgine exit, soli Deo exit. Rectissimè igitur Pater hunc sibi iactat filium. quia in aliis filiis habet non nihil parentes, At in hoc, solus Pater æternus habet, omnia alio patre secluso. ¶ *Iam si attendas finem & scopum quem in sua Dominus vita intendebat, dices rectissimè dictum, ex te mihi exiet.* Planè Christus datus & natus est nobis: planè Christus venit nobis ministrare. Planè venit, vt vitam habeamus. Demum verè dictum est: Ecce rex tuus venit tibi.

At licet Christus datus sit nobis, scopus istius donationis fuit Patris sui gloria. Ego inquit te clarificaui super terram. & rursum, ego honorifico Patrem meum. Quia igitur omnis Christi actio illum vni cum spectabat finem, vt Patrem suum glorificaret, idèo merito exiit Patri. rectè igitur Pater dixit, exiit mihi. ¶ *Et illud attende: nullus homo est, quin in eo propria voluntas aliquid sibi vendicat: aliquid sibi de nobis surripit mundus, aliquid diabolus rapit. At solus Christus fuit, in quo nihil propria voluntas, nihil mundus, nihil demõn habere potuit. Gloriam inquit ille meam nõ quæro. Et rursum non mea voluntas sed tua fiat. & tandem venit ait, princeps mudi huius, & in me nõ habet quicquã: nihil penitus habuit in Christo alienus. Totum sibi asseruit Pater æternus. meritò igitur Pater dicit: Ex te mihi exiet. ¶ *Demum (vt non nihil attingamus ex Theologia scholarum.) Si Christus esset purus homo, suscepisset relationem realem in se, qua filius esset matri suæ, id est, qua ad matrem suam posset referri. Sed quia Christus est Deus, nullam habet filiationem realem, qua ad matrem referatur. Filius ergo est Christus relatione reali solum ad Patrem. & si realiter est matri suæ filius, non est filius relatione & nexu reali, qui in filio sit, sed qui in matre constituitur: vt verè dicere possit ad matrem mulier, quid mihi & tibi, quasi dicat non est in me respectus realis ad te, sed ad Patrẽ solum. Vide S. Thomam 3. part. quæst. 35. art. 5. Igitur si exiit realiter, non exiit matri, sed Patri suo. Sed de his hæcenus. Progrediamur. ¶ *Ex te mihi exiet, qui sit dominator.* Quid? Num tu exhibis ad dominandum? Reges gentium dominantur sed vos non sic. Reges gentium veniunt ministrari, at tu venis ministrare. Et Petrus discipulus tuus dicit Non dominantes in cleris, sed forma gregis facti. Quid igitur dicis: Venit ad dominandum in Israël? Certè Christus non venit dominari factu humano & temporali. Ipse enim dicit: nõ est regnum meum de hoc mundo. & si sic dominari vellet, non erat opus venire: iam enim à mudi cõditione dominus erat. Venit igitur instituere dominium aliud spirituale, & diuinum, quod temporali subiectione & cruce paratur, lachrymis, prædicatione & sudore firmatur. Ego inquit constitutus sum à Deo, rex super Sion. Sed dic quomodo? Prædicans inquit præceptum eius. At si prædicatione vera paratur tibi regnum, & dominium super montem sanctum, magno tibi & labore & sudore paratur: Hoc sibi persuadeant pastores & doctores gregis Christi: si dominari volunt: subiiciantur, seruiantque ouibus suis. Earatione maius sibi parabunt dominium super oues, quam vllus imperatorum habuerit vnquam. ¶ *Et egressiones eius ab initio.* Quia videlicet à principio erat Verbum, & hoc erat in principio apud Deum, à diebus æternitatis, quia ab æterno or-**

2. Paral. 2.

Psal. 86.

Ioanis. 14. Cantic. 5.

Luce. 15. Cantic. 5.

Psal. 75.

Psal. 64. Philip. 2.

Gen. 21. 24 Math. 1.

Math. 3. & 17.

Isa. 9.

Zach. 9.

Ioanis. 17.

Ioanis. 8.

Ioanis. 8. Math. 26.

Ioanis. 14.

Ioanis 2.

Luce. 22.

Math. 20.

1. Petri. 5.

Ioanis. 18.

Psal. 2.

Ioanis. 1. Prou. r. 8.

dinata sum, ex antiquis antequam terra fieret.

S. Sed graue dubiū est, quid sit illud, egressiones eius. cur numero plurali dictum est, non singulari? Certè hoc maioribus erat relinquendum, quia difficile. Sed age agrediamur eius explanationem, quæ ex Psalmo 109. videtur posse colligi ibi habetur. In splendoribus sanctorum, ante luciferum genui te. & vt litera hebræa habet. In splendoribus sanctitatum. Hic requiro, cur dixit in splendoribus, ac non potius in splendore? Sanè, si in Patre producente filium, vnicum esset attributum, quod splenderet: vnicæque esset sanctitas, quæ splendorem emitteret: rectè diceretur in splendore illius sanctitatis genui te. At cū Pater in sua diuinitate rerū omnium naturas cōprehēdat, (non corporaliter, sed emittenter) sintq; in Patre infinitæ perfectiones, & sanctitates, (licet oēs illæ vnū sint:) idcirco illæ omnes creaturæ, & ille omnes perfectiones, sunt sanctitates in Deo splendent. Iam cum primum in sua aternitate, Pater contemplatus est se, & suas perfectiones, & rerū naturas quas in se continebat: tunc illa omnia intellectui diuino splenduerunt, & plenissimè sunt à diuina mente concepta. Ex quorum omnium notitia & intuitu, Verbum diuinum prodiit. Rectè igitur Verbum Dei genitum est non in vno tantū splendore Diuinæ essentia: sed in splendoribus omnium rerum sanctarum quas pater continebat, & intelligebat. Et ideo etiam egressiones eius dictæ sunt. Quia filius non tantum è cognitione diuinæ essentia: egressus est: sed etiam ex cognitione bonitatis, sapientia:, potētia:, & demum omnium creaturarum. Vides quàm meritò dictum sit, quòd egressiones eius sunt ab æterno. *¶* Secūdo colligi huius loci explicatio potest ex Psalmo 2. Vbi dicitur: Ego hodie genui te, videlicet, etiam si filius ab æterno à Patre sit genitus, verum ita ab æterno genitus est, vt continenter gignatur: vt hodie etiam dicatur gigni. ita igitur egressus est à Patre, vt semper egrediatur. & ideo egressiones, (quasi fluuij continenter fluentis) dictæ sunt.

Herodes clam vocatis Magis diligenter dicit ab eis tempus stelle. Nusquam ergo Christus est tutus ab iis qui dominari volunt. Maximè ab his qui ambitu dominium querunt, & ambitu quæsitum retinent. Hi ergo sunt qui Christo etiam recens nato insidiantur. Nec parcunt puerilibus lachrymis, & cum infantes timēdi nō sint, hi tamē eos timēt: videriq; volunt prudentes, si Christum exterminent. An non tibi videtur typus expressus huius rei: cum prædicator principem admonet rei alicuius malæ parta: Princeps verò latranti prædicatori offam iniicit, vt taceat, vt lapidem illum nō moueat? extinguere is cupit Christum, sed non poterit. venient dies mortis: tunc reuelabitur Christus. Nec pretermittas lector verbum illud *Vt ego venien, adrem eum.* O quorundam principum

circa pietatem vanissima, licet fucatisima verba. Vbi negotium seculare est, audies ab eis verba, semi diuina firmitate suffulta. at vbi negotium Dei est, dicunt multa, præstant pauca: ibi leuissimi sunt vbi oportebat grauissimos esse. Admoniti ergo sint viri pij, nihil credat principibus, præcipue non piis, cum de rebus diuinis loquuntur. *¶* Magi audito Herode & concilij autoritate nihil cunctantur. Videlicet, quia nulla res antiquior esse debet viro fideli autoritate Concilij. Vbi videlicet, Ecclesie representatur maiestas, Vbi Spūs sancti creditur adesse præsentia: discant igitur fideles & heretici caput Concilio subdere, siquidem reges & sapientes, ita Iudeorū paruerūt autoritati. *¶ Et ecce stella quam viderant.* Sed cur stella rediit. an nō sat diuina erat autoritas à Michæa dicta, à Iudeis declarata? O Christiani, o fideles clamate ad Dominū, intelligentes nullam satis esse scripturam, nullam satis esse prædicationem, nisi vobis diuina affluat gratia, diuinumque splendeat lumen. Scriptura siquidem, mentem erudit, sed voluntatē non erigit. At lumen diuinum, & illustrat intellectum & inflamat affectum. Rogate ergo, vt is qui illuminat omnem hominem vententē in hunc mundum, (quasi dicas omnem hominem qui est in oriente) dignetur etiam plene illuminare eū qui iam est in Ecclesia, qui iam audit legem diuinam. Porro quos nostra hæc vox excitat. maximè sunt hi Sapientes, qui nouisse diuina contenti, Christum in præsepio non querunt: similes planè Iudeis, qui cum Magos erudierint, vacui ipsi manserunt. *¶* Sed o tu qui gratiam deuotionis in pectore tuo radiantē amisti, ne desperes: merces est operi tuo, spera, redibit stella damnum accepisti, tantum thesaurum amittens, refarciri damnum potest, nec sine fœnore, gaudebis enim in reparatione, gaudio magno valde. Imò verò fortè voluit tibi Dominus ad tempus abscondere stellā, vt causam gaudij magni, cordi tuo offerret. tu interim inquirere & satagere ne cesses, redibit stella, gaudebitque cor tuum. & si cum Tobia lumen oculorū amiseras, cū eodē recipies, lætitia multiplicata. Sed quia lumen aliquando fallit, & quæ videtur stella, non est, (Angelus enim satanæ se transfiguratur in Angelum lucis) ideo argumentū tuæ stelle id tibi sume: Si stella antecedit te vsq; ad Christum, vsque ad vilitatem, paupertatē, & stabuli sordes. *¶ Videntes autem stellam gauisi sunt, gaudio magno valde.* Audi Salomonem dicentem: Lætatus sum in omnibus, quia antecedebat me ista Sapientia. At qui lætatur in omnibus, in nulla re molestiam sustinens, an non is tibi videtur gaudio magno gaudere? Sed quid mirum si vehementer gaudeat, qui diuino se credit duci magisterio, qui diuino ferè sentit se lumine fungi? Maximè si lumē illud homini reuelat eius prædestinationem. Nullum hoc maius gaudium esse potest. Rectè enim dictum est, gaudete quòd nomina

Ioan. 1.

Ierem. 33.

Tobie. 11.

2 Cor. 11.

Sapient. 9.

Luce. 10.

nomina

Psal. 109.

In splendoribus sancti.

Psal. 2.

nomina vestra scripta sunt in cœlis & alibi: Letatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus. ¶ Nota: Turbatio manet cū Herode & Iudeis, non inquirentibus Christū puerum & humilem. gaudium verò & gaudium magnum valde datur iis qui humilitatem Dei requirunt. Itaque relinquitur sabatismus populo Dei. si enim gaudium vsquam est, in corde pio est: & si turbatio alicubi est, in domo impij est. Profectò si turbatio est in corde iusti, non est turbatio magna valde: at si gaudium est, magnū valde est. videlicet, quia gaudium hominis pij in terra, initium est, & velut semen & Arra, futuri in cœlo gaudij. sicut enim cognoscere Patrem eiusque filium vita æterna inchoata est: ita de testimonio conscientie gaudere gaudium æternū inchoatum est. ¶ Item nota: Si videre stellam pueri tantum gaudium est, quid erit puerum ipsum videre? & si videre in præsepio iacentem gaudium tantum est, videre in maiestatis throno sedentem, quantum gaudium erit? ¶ *Antecedebat eos vsq; dum veniens staret supra vbi erat puer.* Quis non credat, stelle radios, dum suo fonti accederent, creuisse: & stellam dum Soli appropinquaret suos radios multiplicasse? Et quis non credat iam Magorum corda, cœpisse flagrantius ardere, cum æterno igni magis appropriabant? Quis non videat Magorum corda magis ac magis illustrari luce cœlesti. ardere pia deuotione, calefcere sacra affectione? Iam te præcor, attende magnitudinem horum qui sunt adoraturi. Reges sunt, Sapientes sunt, cum satellitio, & apparatu veniunt. Rursum attende magnitudinem eius qui adorandus est. Rex est: Deus est. nunc perspice, an & illis, & huic, locus adorationis conueniat, stabulum scilicet & præsepium? Certè si huc oculos tantum animales afferas, videbitur non quadrare locus regi adorando, nec regibus adoraturis. Sed si oculos sacros attuleris, videbis omnia sibi respondere. Sanè vilent Deo omnes mundi pompæ. Humilia. n. respicit, & alta à longe cognoscit. Ideo nascitur in stabulo, viuit in miseria, moritur in cruce. quibus ergo Deus est, tales suos querit adoratores: qui adorent in spiritu & veritate humilitatis: non in vanitate superbiæ, aut fallacia diuitiarum. Profectò Virgo sacra vehementius amabat paupertatem & humilitatem, quā diuus ille paupertatis amator Franciscus, aut alius aliquis Sanctorum. Crede mihi, non tulisset virgo palacia auro & bysso fulgentia. Imò nec Iosephi animus id sustinisset. Fastidiunt sancti, horrent & fugiunt ea quæ nos ipsi miramur. Vt igitur Deus, virgo, Ioseph splendentes fugiunt domos: ita & Magi, iam spiritu Christi afflati, non adorassent forsan Christum, si in auro iaceret: adorauerunt tamen quem in humilitate regnare videbant. Igitur spiritus pauper paupertatem adorat: vanitatem aut horret, aut certè habet suspectam. ¶ *Et intrantes domum inue-*

nerunt puerū. Quæ multi ante reges, & Prophetæ videre querebant. inuenerunt illum, qui erat expectatio gētium, & desiderium collium æternorum. inuenerunt dominatorem Dominum quem vos (inquit) queritis, & Angelum testamenti quem vos vultis. inuenerunt Messiham, quem ita se inuenisse Philippus gaudebat: dicens, inuenimus Messiham, qui vocatur Christus: demū inuenerunt illum, pro quo inueniendo tot lachrymas, gemitus & suspiria priores sancti funderunt: & inuenerunt eum pro quo tot pericula subierant, tot expensas fecerant: pro quo margarito & thesauro inueniendo omnia sunt diuendenda. ¶ *Et te lector obsecro, ne obliuioni tradas, quod Reges non inuenerunt Puerum sine Maria.* Itaque si tibi Christus mansuetus & puerulus inueniendus est, cum Maria inueniendus est. Sacra enim virgo ministrat (intercedendo) in habitatione sancta, (id est, in Ecclesia,) coram filio suo. vt in Sapientia dicitur. Meritò igitur ibi additur: Radicaui in populo honorificato, & in partes Dei mei hereditas illius, & in plenitudine sanctorū detentio mea. Et rursum: Qui creauit me dixit mihi: In electis meis mitte radices. Certè, nullus populus est honore dignus, nisi eorum qui Christum querunt & inueniunt: nullus populus est pars & hereditas Domini, nisi viri pij: nulli homines sunt plenitudo, nisi qui sancti & electi Dei sunt. In his igitur virgo Sacra egit radices deuotionis, & amoris: in his radicatur, detinetur, habetque suam hereditatem. Voluit enim Deus, vt si cut Christo debemus & agnoscimus salutem, vt patri: ita quodammodo Virgini deberetur intercessio salutis, vt matri. Ne ergo stupeas cū vehementissimas amoris flammæ erga Virginem, in multispiis agnoueris. Imò ne stupeas, si adeo occupari Ecclesiam in laudibus Virginis videris: vt ferè, eas præces quas Deo offert, Virgini etiā offerat. ¶ *Et procedentes adorauerunt eum.* Sat ergo fuerit stella supra puerum fulgens, vt procidas & adores puerum: adeo est ille puer splendens, adeo est vultus ille diuinus, vt si eū tibi stella demonstret, vix fieri possit, quin pronus adores. Claritas & maiestas in Christi facie est. Sed parietibus domus occultitur, & tu auersos ab ea claritate oculos habes. Si intraueris domum, si stella tibi puerum ostenderit, videbis faciem Christi multo quàm Moysi illustriorem. Inquit Apostolus: Deus quæ dixit, de tenebris lumen splendescere, illuxit in cordibus nostris, ad illuminationem cognitionis, maiestatis, & diuinitatis, quæ est in facie, (seu in persona) Christi. Igitur in persona Christi claritas maiestas est, & diuinitas. Cur ergo non adoramus? Num Sol iustitiæ non illuxit nobis, vt impij in inferno prætexunt? Forsan in Oriente illuxit, id est, forsan in tenera ætate fulsit nobis. at postea stella aut ipsa se subtraxit: aut, melius, nos nobis subtraximus. & ideo loco pueri adorandi, idola creantur.

Math. 13.
Genes 49.
Malach. 3.
Ioan. 1.
Math. 13.
Eccli. 24.
Eccli. 24.
Exod. 34.
2. Cori. 4.
Sapient. 5.

intercessio virginis.

turarum adoramus. *Et apertis thesauris suis.*
 Anima quę Deum inuenit, omnes thesauros,
 & omnes sinus cordis sui Deo aperit, seque
 totam Deo in holocaustum offert. Quid enim
 aliud faciat? videt Deum omnes thesauros amo-
 ris in hominem effudisse, nec iis contentus, se
 ipsum etiam effudit: quid mirum, si & ipsa ani-
 ma amoris vicem rependat? Vide obsecro: Magi
 nullum thesaurum habuerunt quem non ape-
 rissent, & totos Christo offerebant. Licet Virgo
 id solum sibi sumpserit, quod suę indigentię ne-
 cessarium esse putauit. Indicatur ergo tibi, nullũ
 debere esse in corde tuo sinũ, quę Deo non ape-
 rias & offeras. si omnia Deo offers, vnicum tibi
 reseruans, aut honorę, aut amorem, aut quid-
 uis aliud, planę in vno offendisti, factus igitur
 es omnium reus. aperi ergo omnes thesauros,
 securus esto, solum sibi Christus sumet, quan-
 tum indigentię suę, aut potius suorũ fuerit ne-
 cesse. Non certę vt alijs sit remissio, & tibi tri-
 bulatio, vt Apostolus ait: Sed vt tu qui plus ha-
 bes, non abundes in superfluis: & qui indiget
 minus habens, non deficiat in necessarijs.
 ¶ *Obtulerunt e aurum thus & myrrham.* Hoc iam
 perfectorum est. Sed & sua quadam ratione, est
 etiam imperfectorum. Loquamur de perfectis.
 Sanę cum tibi se Dominus largiore quodam lu-
 mine monstraerit: adeo omnia contęnis, adeo
 omnis mũdus vilet, vt facile a te omne repellas
 aurum: facile abiicias honorem qui thuris no-
 mine significatur. Demum facile abiicias deli-
 cias, quę vnguenta sunt, quibus mundani, Deo
 mortui, vnguntur. Myrrha vnguentum est, sed
 mortuis adhibetur, ne puteant. Ita viri seculo
 dediti, qui verę mortui sunt, delitijs sese vngũt,
 hac ratione putantes eu adere se posse corrup-
 tionę mortis corporalis: at qui Christum iam re-
 perit, sicut reperiere Magi, omnes delicias mor-
 talis corporis fugiunt, minimę optantes seruare
 corpus a corruptione, imo cupientes vt corpus
 quod sua corruptione aggrauat animã, iã dissol-
 ueretur. Igitur Magi Deo offerentes aurum &
 thus & myrrham, omnia quę in mundo sunt ob-
 tulerunt. in mũdo enim est concupiscentia car-
 nis, concupiscentia oculorum, & superbia vitę,
 in quibus delitię intelliguntur, diuitię, & ho-
 nores, id est, myrrha aurum, & thus. Habes igi-
 tur quãtum obtulerint Magi. Secundõ si placet
 intellige per aurum thus & myrrham, spiritum,
 animam, & carnem: quę diuus Paulus optat in-
 tegra inueniri in die Domini I E S V. Sed õ
 quã arduum negociũ est: spiritum, & animã,
 & carnem Deo obtulisse, nihil quę sibi ex illis
 seruasse? Imo & quam multi putant hęc se Deo
 obtulisse, cum contra sibi hęc illi seruarint. Sed
 non est hoc huius instituti. ¶ Non libet hinc
 adeo facile discedere. Obtulerunt inquit. Nihil
 ergo hic mortua fides habet, scilicet fides quę e
 thesauris suis nihil Deo offert: aut si offert, pa-
 rum offert. At viua fides quę cum dilectione

operatur, magna facit, optima quę habet offert.
 Non sicut Cain vilia, sed sicut Habel meliora.
 Sed õ miseriam! Habel, id est, luctus & pauper-
 tas offert meliora: Cain verõ, id est, possessio of-
 fert viliora. itaque diuites & qui possessiones
 habent, vilia offerunt. & si aliquando offerunt
 magna, e corde impuro proferunt, & ideo vilia
 Deo sunt. at pauperes aut offerunt magna, quia
 totum offerunt quod possunt, aut certę cor il-
 lud quo offerunt, era illa duo minuta facit mul-
 to pretiosa. Rectę igitur Psaltes dicit: Holocau-
 sta medullata offeram tibi. non enim placet ho-
 locaustum quamuis fuerit magnum, nisi me-
 dullam habeat, id est, non placet caro, nisi spiri-
 tus adhibeas pinguedinem. Tandem Christus
 tibi obtulit suam diuinitatem, quę aurum opti-
 mum est, obtulit suam animam, semper in ora-
 tione ad Deum sublimem, sicut virgula fumi
 ex aromatibus. Obtulit etiam & carnem suam,
 quã Ioseph in monumęto collocaturus, myr-
 rhę & aloęs centum libras adduxit. ita & tu of-
 fer Deo carnem, animam & mentem, & omnia.
 ¶ *Et responso accepto ne redirent ad Herodem.* Si ad
 Herodem non sunt redituri, fit vt neque ad Iu-
 deos qui cum Herode sunt. In Herode totum
 seculum intellige. In Iudejs legis cęremonias,
 legis literam, & corticem. Igitur qui puerum il-
 lustri stella pęcedente inuenerunt, admonen-
 tur: vt nihil habeant cum seculo commune, nec
 cum legis antiquę cęremonijs, sed adorent Deũ
 in spiritu, non in re terrena: & in veritate, non
 in vmbrijs legis: nec in exteriori cortice. Dices.
 quid? Iusti nihil debent habere cum seculo cõ-
 mune, nihil etiam cęremoniarum exteriorum
 attingere debent? Planę id Lutheranicum est.
 exercebit itaq; cęremonias exteriores vir pius,
 tractabit secularia negocia: sed per aliam viam.
 Olim enim exercebat ea omnia, vt paruulus,
 qui lacte egebat. At inuento puero exercebit ea
 quę necessaria sunt, vt factus iam vir: longęque
 maiori & illustriori spiritu. Id vnico verbo in-
 tellige. olim exercebat spiritu timoris, nunc
 spiritu libertatis & amoris.
 ¶ *Per aliam viam reuersi sunt in regionem suam.*
 Christo Domino gratia, quod post pueri inuen-
 tionem licet in regionem nostram redire: imo
 nonnunquam redire iubemur. Sanę Petrus
 postquam Pastor a Christo est institutus, ad pi-
 scatoriam artem rediit. Paulus post Christum
 visum, artem scenofactoriam exercet. Hi igitur
 Magi redeunt ad regnandum. Crede mihi le-
 ctor, non miror Petrum piscantem, aut Pau-
 lum suentem: at vehementer miror Magos ad
 regnandum redeunt. Quid enim a Magis
 alienius esse poterat, quã vbi Puerum in tan-
 ta humilitate adorassent, ipsi in celsitudine re-
 gnare cogerentur. Miror ego quidem, quod
 potuerunt a stabulo illo, & a tantę dulcedinis
 gustu, quantã senserunt in pueri aspectu diuel-
 li: quanto potius miradũ est, quod regnaturi:

Genes. 4.
Hebre. 11.

Luce. 21.

Psalms. 65.

Cantic. 4.

Ioan. 19.

Roma. 12.

Galat. 5.

Ioan. 4.

1. Cor. 13.

Roma. 8.

Ioan. 21.

Act. 18.

unnc

nunc in propriam regionem veniant. Discant ergo, qui contemplationi addicti sunt, sua non deserere, sed Magorum exemplo ad regionem suam descendere. Video querelas iustas, videlicet, quod lauerint stolas suas, & pedes suos, & quod durum sit, rursus vestibus indui, aut pedes inquinare. Sed nihilominus redi ad regionem tuam: ad gubernandosque tuos. & quam inuenisti lucem, aliis prædica. Paulus illustratus non iubetur luci quam viderat intendere: sed ire Damascum, vt exinde portet nomen Christi inter gentes. & Apostoli post visam Christi ascensionem, cum illi aspectui tenacius adhererent, iubentur inde discedere, reprehensi his verbis: quid statis hic aspicientes in cælum. imò verò redite in regionem vestram, redite ad negociavobis commissa, vt in eis laborantes præmia laboris reportetis & quidam iam san⁹ cū Christum sequi vellet, prohibetur. sed vade inquit ad tuos, & annuncia quantam tibi Dominus fecerit. Crede lector, null⁹ est efficacior aut fructuosior prædicator, quam is qui à Pueri visione (quantum præsens vita fert) ferè discedit inuitus. Deus enim illuxit in cordibus horum hominum, vt illi illuminarent, & illustrarent, (id est, notam redderent,) claritatem quæ est in facie Christi: quam illi prius viderant. Interim descende lector ad minutiora: reuersi sunt per aliam viam, ne redirent ad Herodem. Herodes o Christiane, rex peregrinus est. Deus natus rex tuus est. ne igitur redeas ad regem peregrinum. quid tibi cum Baal? Cur à rege tuo discedis? Cur deseris fontem aquarum viuètiū, eligens cisternam quæ continere aquam non valet? Cur prouocas in abominationib⁹ & in diis alienis, eum qui verè Deus tuus est. Et o quã tuus? Ne igitur redeas ad Herodem. Sed per aliam viam redi ad regionem tuam. regio tua est vita spiritualis. Ex carne constas & spiritu: at regio tua non est vita carnalis, sed spiritualis. Si ad regionem carnalem iueris, cupies si quis porcorum satiari nec poteris. est enim regio illa longinqua, nihil est in ea, quod satiari possit: redi igitur in terram promissam. sed redi per aliam viam, id est, per desertum, per arctam viam. per angustam portam. via angusta & arcta, videbitur tibi aliena & incognita: per quam nunquam ambulasti. sed per eam viam redeundum est in regionem tuam.

Ex hac sacra historia duplex accipe mysterium. Prius est: Nato Salvatore veniunt homines distantissimi. vt intelligas, quod etiam si peccata tua te à Deo distantissimum fecerint & alienissimum: at natiuitas Seruatoris sat est, vt si veneris admittaris. Imò culpa tua, & maxima est, si hæc locorum distantia impedimento fit, quo minus venias. Iniquissimum enim est vbi Deus caro fit, quod caro Deus fieri non velit. Venit de longè (quia à summo cælo) Deus, vt homo fieret. Tu etiam de longè (ab ipso in-

ferno) veni, vt Deo coniugare. Causaris fortè non tibi in regione longinqua dissito, stellam apparuisse, quæ tibi Christum indicaret. At Christus natus statim stellam tibi produxit. Nam illuminat omnem hominem venientem in mundum: & merito suæ natiuitatis, huius lucis radij fiunt copiosiores. & demum si non illustris tibi apparuit stella, ora vt appareat. Vbi verò apparuerit, veni ad Herodem & Scribas. id est, subditus esto Potestati seculari, & Ecclesiasticæ. quibus ante ortum stellæ, nequaquam nisi forsitan ob timorem subdebaris. Veni igitur & nunc subditus esto, non solum ob timorem penæ temporalis, sed etiam ob timorem conscientie. vt Paulus dicit: A Scribis si docearis, rursus à Deo illuminaberis, id est, rursus tibi apparebit stella. & demum inuenies Christum, id est, pacem & gaudium inuenies inquam in humilitate & deiectione. hic enim pax est & regnum cælorum. beati enim pauperes spiritu, quia ipsorum est regnum cælorum. Alterum mysterium est: Si tibi Christus illuxit, horum illuxit vt ad se venias. veniendum tibi est per labores. interim non deperunt gaudia, eaque magna valde. at si adorare Christum cupis, necesse est vt thesauros tuos, omnia inquam quæ mundus estimat & attollit, paupertati & vilitati supponas. Exploratum igitur sit viris Christianis, meliorem esse paupertatem, quam diuitias: dedecus, quam honorem: crucem quam delicias. Huius veritatis Christus testis fuit cū nasceretur. fuerunt & magi, cū Christo pauperi suas subdūt diuitias. Hacten⁹.

Dicamus nonnihil de fuga Pueri IESV in Ægyptum. Quæ nam fuit causa, vt recens adoratus Christus in Ægyptum descenderet? Illa prior causa est: Norint qui adorantur vt reges, non se adorari, vt pacem & delicias habeant, sed vt peregrini sint. vt nunquam quiescant: vt nunquam dent oculis suis somnum: eo etiam tempore, quo maxime capiendus esset. Profecto Christi merebatur infantia: vt recens natus, infantiles annos in quiete duxisset. At non duxit: vt cum tu rex fueris, & multo magis Prælatas, eas etiam delicias fugias, ab eisque sis peregrinus, quas tu maxime merebaris. Illius verbi memor, non veni ministrari, sed ministrare: & quidem in operibus luti & laterum, id est, terrenis tales enim Prælatorum curæ frequenter esse debent. Secunda causa: Ioseph liber erat, & Patri suo præ aliis fratribus dilectus. at in Ægyptum seruus descendit, fugiens fratrum suorum inuidiam. præsagium illud fuit, quod semen Iudeorum futurum erat seruum in terra Ægypti Ita & Christus liber cum esset, & Patri suo summe dilectus, in hunc mundum, vt seruus descendit. quis enim seruus tam vilem habuit nascendi locum? Præsagium ergo fuit, Christianos omnes, (qui semen Christi sumus) non futuros in hoc orbe dominos: sed quod sumus laborum seruituti subdendi.

Ioanis. 1.
Luce. 8.
Actor. 9.
Actor. 1.
Roma. 13.
Roma. 13.
Math. 5.
2. Corn. 4.
Indict. 8.
Jerem. 2.
Deuter. 32.
Luce. 15.
Math. 7.
Math. 20.
Exodi. 1.
Genes. 39.
Math. 3.

Prælatas

Osee. 11. **T**ertiam & profundiorē causam dicam, si prius textum illum Osee in natiuo sensu explicare potuero. Textus hic est: *Quia puer Israël, dilexi eum, ex Ægypto vocavi filium meum.* Id est, maximo te honore affeci o Israël: quia cum puer esses, (id est, nodum de Deo plenam habens notitiam,) cūque esses in maxima seruitute luti & lateris, cumque odio esses Pharaoni, & seruis eius: tunc dilexi te, & manu extenta, maximisque signis eduxi te, & vocavi vt mihi seruires. & licet postea seruires Idolis in deserto, adhuc tamen portavi te in humeris, sicut nutritius tuus. mille beneficia contuli, laxavi tibi os, vt comederes. &c. Hic est natiuus literę sensus. Vbi attende. quod Iudeorum populus vehementer premebatur Ægyptiaca seruitute: eratq; desperata libertas, vt duritia Pharaonis locuples testis fuit. Acquisiuit igitur sibi Dominus nomē & honorem, seruos iam conclamatos, liberos reddens & diuites. ¶ En pondus prophetici textus: iam perspice. Cum Christum audis, non cum vt singularem intelligas hominem: sed nos omnes in eo intellige. Ergo cū fugit ille in Ægyptum, nos omnes in Ægypto esse cōclude. Nunc reliquum est nosse, cur voluit Dominus nos omnes in Ægypto esse, & ab Ægypto vocari? Causam tibi adduxit Paulus dicens: Lex sub intravit vt abundaret delictum. Vbi enim abundavit delictum superabundavit & gratia. non igitur superabundasset gratia vocationis, nisi abundasset sub delicto captiuitas. ¶ Quod si nec dum penetras: audi eundem Paulum: Conclufit Deus omnia sub peccato, vt omnium miseretur. Ac si diceret, conclusit Deus omnia sub Ægyptiaca seruitute, vt inde ad gratiam filiationis vocaret. vt igitur in die iudicij: resurrectio Christi erit causa resurrectionis nostrę, & mors Christi fuit causa, ne peccatū viueret in nostro mortali corpore, (siquidem mortem nostram moriendo destruxit, & vitā resurgendo reparauit.) & sicut victoria tentationum in deserto, causa fuit nostrę victorię, cum tribulamur: ita & vocatio Christi ab Ægypto fuit causa vocationis nostrę a peccato. Vt igitur maximum sibi nomen Deus comparauit, educens Iudeos ab Ægypto: ita exiltima, multo maius apud cœli colas sibi comparasse, vocando Christū (hoc est in Christo omnes homines) ab Ægypto. Maius enim opus est vocare peccatores, ex Ægypto, quā vocare lucem ex tenebris. Et quidē (quantum coniecto) quā mirabile fuit, vocari in Christo omnes homines ex Ægypto, tam mirabile fuit Christum descendere in Ægyptū, id est, personam peccatorum qui in peccato iacent accepisse, vt eorum a peccato vocationem operaretur. Per Ægyptū. n. peccatum intelligi nemo est qui nesciat. ¶ Quarta causa est: Ægyptus dicitur domus seruitutis. Si igitur vocandus es Christiane in regnum, ē domo seruitutis vocandus es. Sicut Christus tuus, prius intrat in

domum seruitutis, factus seruus omnium laborum & dolorū propter nos. ¶ Quinta causa est: Abstulerat Deus ab Ægypto omnia primogenita: en reddit illi primogenitum suum, qui valorem omnium primogenitorum habet. Sat igitur facit Ægypto. ¶ Sexta causa: Ne credat Christianus, recens Deo natus, quod statim liber esse debet a lege peccati & mortis. quod statim liber esse debet ab omni peccato. Fallitur si id credit, seruiendum est interim carni, seruitus hęc Ægyptiaca est, ab hac vocabitur ad maiorem libertatem, per Domini gratiā. Si enim dixerimus quod peccatum non habemus, ipsi nos seducimus. & Paulus dicit: mente se seruire legi Dei, carne vero legi peccati. Erat igitur per carnē in Ægypto. ¶ Vltimam causam adhibeo, quā minimē asser tam esse volo. Dominus detinuit filios Israël annis quadringentis in Ægypto. & cum vocauit Israël extra Ægyptum, ingentibus eam percussit plagis, triumphauitque in vrbe deuicta. forsan ergo significatū est per ingressum Christi in Ægyptū, quod fideles Christi erunt in hoc mundo: per annos quos Pater posuit in sua potestate. Et quod cum in gloriam vocādi erunt, tūc summis plagis mundus afflictabitur. Bellis. fame, terremotibus & his tribulationibus quas infra cap. 25. Dominus p̄dixit: Igitur mansio Iudaici populi in terra Ægypti, fuit figura mansionis Christianorū in Ægypto huius mūdi. &c. ¶ Sed interim cōsidera p̄s̄sius, q̄ afflicta duxerit virgo modestissima in Ægypto vitā: sine domo, sine amicis, sine cognatis, sine pecunia. iam partē laboris puer delicatus passurus erat. cur o dignissime puer nondū natus es, & iam exulas: pateris famē, & eas miseras, quas peregrinatio habet comites? Planē si Puer futurus est pastor, necesse est assuescat hisce miseriis. Si futurus est miles, necesse est carne sit dura. duretur ergo nunc a puero. Sed quid, an non poterat in sua regione durari? Non poterat inter suos, malis assuescere? Certē, quia tutior est sanctitas inter eos, qui nihil de ea nouerunt: quam inter eos, qui cum illam nosse profitentur, factis negant. minimē tutū est tibi, si sanctus es, inter nō sanctos (si se sanctos putant) viuere. Fuge ergo vehementissimē sanctitatem pictam, sanctitatem hypocriticam: qualis in Herode erat & Iudeis. ¶ Et demum voluit Dominus etiam exul esse, vt nihil esset amaritudinis in calice quod non ille gustaret. voluit mori, lachrymas fundere: voluit etiam exulare: vt cum tu exul fueris habes exemplum ad quod respiciens, laboris temperes molestiam.

Tūc Herodes videns q̄ esset

Quod sanctos vehementer torsit, id erat, quā ratione Christus passus fuerit innocentes infantes mortem prius gustare quā vitam?

Qua

Exodi. 12.

Rom. 7.

1 Ioan. 1.

1 Ioan. 1.

Roma. 7.

Exod. 12.

Actor. 1.

Math. 25.

Titum. 16.

Qua ratione qui pax est, & in cuius natali pax est decantata, tam acre infantibus intulit bellū? Quia ratione is qui vitam mūdo, honorem suis, felicitatem patriæ venerat daturus: contra fecit: vt vitam auferret infantili ætati: dolorem acerrimum, iis qui genuerāt, intulerit: hostiūque libidinem grassari permiserit? Huic quæstioni innumeræ mihi se offerunt causæ. deligā nonnullas Et illa fuerit prior. ¶ Deus vult gloriā suam & honorem propagari. in eam rem iis vritur instrumentis, quæ ille nouit accommodatio- ra: quæ si ipso vsu hebetentur & pereant, nullā illis iniuriam, imò honorē, irrogarit. Nec enim ego pennæ, quā scribo, iniuriam facio, si in meū vsū accommodo: licet ipso vsu ipsa deteratur, & finiatur. Ita vsus est, Dominus Pharaone & Ægyptiis cum eduxit populum suū de Ægypto. Ita vsus est A maleclitis. ita & suam gloriam dilatauit percussio Sichem, & eius ciuibus. Igitur, quia erat accommodatissima res, ad famam de Mefsiha in orbem deferendam, crudelitas Herodis in Pueros: illā vsus est. Profectō crudelitas illa Romæ diuulgata est, & vbiq; terrarum. At si crudelitas diuulgabatur: necesse fuit diuulgari eius causam, scilicet ortum Messihæ: aduentum Magorum: Herodisq; tyrannidem. Nouit igitur magnus ille artifex Deus, e summis malis summa eruere bona. Quod si in hoc vsu infantes perierunt, num peccauit Deus? Ita profectō peccauit, ac peccat Rex, qui vt ciuitatem aliquam expugnet, fortissimos e suis in acie constituit, vbi hostium iaculis confodiuntur. ¶ Sed age profundius nauigemus. Ex D. Ignatio habemus, quā ardentem optauerit martyrij coronam. Nempè amantium pectus, nihil aliud vehementius amat & ardet, quam sanguinem pro Christo fundere. Audi Dauidem: Quid retribuam Domino, pro omnibus quæ tribuit mihi? Calicem salutaris accipiam. Quem verò alium calicem, nisi suo sanguine plenū? Audi Andrea: O bona Crux, iam dudum desiderata, & concupiscenti animo preparata. Audi demum quem attulimus Ignatium: O salutes bestias, quæ mihi præparantur, quando venient, quando mitentur? Quid mirum si sancti ita concupiscant martyrij palmam, si Christum nouerunt, propriam mortem adeo sitientem, cum diceret. Baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor donec fiat? Si igitur in nostram ille salutē, adeo gliscebatur suam effundere vitam, quid miraris si sancti, in ipsius gloriam propriam aueant optetere mortem? iam intelligis, non pœnam esse si sanctorum Deus impleat desiderium, imò verò beneficium. Igitur sancti, magni beneficii loco ducunt Martyrio coronari: & Deus magno beneficio coronat quem martyrio coronat. Ha bes ergo non iniuriam Deus fecisse infantibus, imò verò ingentissimam gratiam. ¶ Sed præcor te, oculos exacue. Manifestum est, in eum finē venisse Christum vt dissolueret opera diaboli,

& filios qui erant dispersi, in vnum colligeret: eriperetque e potestate tenebrarum & inferni. Quis iam non intelligat summam Dei gratiam pueris collatam? Non est passus Christus pueros Patriæ suæ, qui nati sunt eo biennio, quod ipse natus est, in infernum aut purgatorium descendere. O summam dignationem! Si vixissent, multi eorum condemnarētur: aut si non condemnarētur, in pœnarum purgantium locum cogentur abire. Quid potuit Christus illis benignius impartiri, quā grauissimā purgatorij pœnam & diutinum tormentum, pro leui & momentaneo commutare? Demum noluit puer natus, pueros secum natos potestati diaboli subiacere. ¶ Legitur 2. Regum 6. quod cum Dauid intulisset arcam Domini in Bethlehē, immolauerit hostias & pacifica Domino. Rectē igitur cum Pater æternus intulit humanitatem Christi in Bethlehem, etiam illi immolate sunt victimæ puerorum. & si Idolo Moloch Iudæi immolabāt pueros suos, sicut dicitur in Psalmo: Immolauerunt filios suos, & filias suas demoniis: quid mirum est, si vero Deo immolentur Iudeorum filij? tanto certē discrimine: quia filij Idolo immolati, peribant: filij Christo immolati coronantur. ¶ Sed porro progredere: Cum Deus educit Israël de Ægypto exiit & ipse de Ægypto. Habitat enim Deus in fidelibus per gratiam: illisq; abeuntibus, abit & ille. Quid igitur est, quod exiens de Ægypto occidit omnes primogenitos Ægypti? Nunc verò intrans in Ægyptum, permittit occidi omnes pueros Bethlehē? In egressu plangunt omnes matres: in ingressu item plangunt. Reddit certē Dominus vicem. nusquam res in eodem figurantur statu. Plorarunt olim Ægyptiæ matres, exultaruntque Iudææ: At nunc flent Iudææ, & non dubito quin Ægyptiæ multæ exultarint, quādo Christus Ægyptum ingressus est. Sed attende. ideò occidit Dominus Ægyptios pueros, quia sui parentes Deum adeo mirabilem agnoscere noluerūt. ideoque puniuit eos Dominus in ea re, quæ illis erat maximè chara: igitur & ideò occidit Dominus omnes pueros Bethlehemiticos: quia parentes eorum, suū Mesiā quē magi adorauerunt, non curauerunt agnoscere. O igitur parentes, adnitimini Christū agnoscere & colere: aliòqui periculum vobis est, quod in te charissima, id est in filiis vestris, vulneremini. ¶ Sed ne lasseris præcor hæc penetrando. Cū se Dominus, Deum peculiare Iudæis constituit, voluitq; peculiaris Iudeorū Deus agnosci & haberi, exegit ab eis omne primogenitū: omne. n. masculinū adaperiens vuluā, sanctū Domino erit. Quod si parens primogeniti, suū optabat filiū, si clis quibusdā Deo oblatis, puerū redimebat. At nūc cū Deus voluit nō Deus esse, peculiarēq; se omnium fidelium Deū declarauit, infates exegit. nec eos redimi posse voluit: sed a parētibus penitus abstraxit. Quid nobis res hæc grādis insinuat? Id certē. Quod

Luce. 2
Ioan. 10.Exodi. 14.
2. Regū. 15.

Genes. 34.

Psal. 115.

Luce 12.

2. Ioan. 3.

Ioan. 11.
Colos. 1.

2. Regū. 6.

Psal. 109.

Exodi. 12.

Math. 23.

Nume. 8.

Quòd cum Dominus Iudeorum Deus fuit, passus est amorem Iudeorum (amor enim primogenitus noster est.) Deo primū offerri, sed postea in secularia & terrena negocia diffuere. Passus est Iudeos terrena amare, & terrena maxime ambire. At cum Christianorum Deus est, vult amorem nostrum, (id est, filium nostrum) penitus mūdo occidere, Deoq; soli viuere. Sed nihil te terreat si amor tuus mūdo occiderit, si mortificatus est carne, si corpus mortuum est propter peccata. Certè spūs viuit, & vita eius abicōdita est cū Christo in Deo. Isaac videbatur occisus, sed vixit. In huius magnificæ doctrinæ figuram, voluit infantes patriæ suæ Christus interfici, vt amores Christianorum, omniumq; fidelium voluntates mūdo occidant: vt Deo uiuant. Nec enim immeritò Petrus iubetur, occidere & māducare quos. n. fideles assumit, eosdem Petrus occidit. Age & hoc intellige. Cum Christus nascitur, infantes occiduntur, nō propria, sed aliena culpa: non sua iniquitate, sed Herodis crudelitate. Porro cum Christus moritur, occiduntur duo latrones, non aliena, sed ppria culpa. Quid est, quòd Natalis dies Dñi & funereus, sanguine scēdantur humano? certè iudicio id meo innuitur. quòd tam innocentes, quàm nocentes, vitam debeant deponere priorem, si vita volūt viuere eterna. deponite, inquit Paulus, vos veterem hominē, & induite nouū, qui in iustitia & sanctitate creatus est. Vetera abitura sunt, si noua debent fieri omnia. Non sat est nasci, sed oportet renasci. Porro si renascendum est, moriendum prius est. Itaq; confessio latronis in cruce pendentis, latronem veterē exiit, & nouum iustum effecit: & ita sanguis quē Innocentes effuderunt pro Christo, veterē deposuit Adam, nouumq; in illis Christū. formauit. Demum & hoc tecum expende. Si infantes hi vixissent, & ad cælum ire voluissent, o quoties erat sibi necesse gladium ē vagina eximere, seq; ipsos iugulare! quoties enim tentatio concupiscentiæ in pios homines irruit, toties est ipsis necesse, gladiū spūs eximere, carnis appetentiam iugulare. Quid verò? An non melius est semel aliena crudelitate perire, quàm toties me cōtra me esse crudelē semelq; alienā manū sentire, quam toties propriā experiri? Norunt qui viā Domini post multa peccata aggrediuntur, quam dura contentio sit diligere Deum: quaque necesse sit sepē mori, & quotidie mortificari, eum qui viuere velit. At dices, cur non mortui sunt iam grādiore, sed sola tenera etas, gladio succubuit alieno? Equidem quia nō est speciosa mors nisi sanctorū, aliōqui mors peccatorum pessima. Si enim pateris quia fur es, aut adulter, quæ tibi est gratia? Sed si beneficientes, patienter sustinetis, hæc est gratia apud Deū. Vt Petrus dicit: Habes igitur causas, cur voluerit Christus natalem patriam, innocentum sanguine rubescere.

Porro vt liceat mihi sensum morale integrè texere, libet iterum re aggredi. Audi igitur. Cū peccator es, & à stella illustraris, quærisque viros doctos, qui te Christum doceant, tunc Magus es: qui luce præuia ad scribas venisti. Cum autem tecum disputas, si perseuerare poteris in sancto proposito, & nonnūquam tecum ita decernis, aliquando redibo ad meas delicias, ad priorem vitæ statum: tunc velut pacisceris cū Herode de reditu. At si Christū inuenisti, ille te firmat & admonet ne redeas. Tunc diabolus. (cuius Herodes figurā gessit.) illusum se sentit à te, irascitur tunc vehementer contra te. Parat tibi bellum, & vt Christum in te occidat, oēs tuos infantes conatur extinguere. Infantes tui, sunt honor quem diligis: amicus tibi vnanimis. vxor sinus tui, filij quos vt nouellas oliuarū habes. Deniq; quot sunt res quas amas, tot amores habes totque filij tui sunt, paruuli & inocētes. paruuli, quia nōdū pgressus es ad pfectionē. innocentes, quia hos oēs amores amoris Christi subdidisti, atq; in eius patria (i. charitate) tibi nati sunt. Si igitur hos filios habes, cōtra hos Herodis seuitia armatur: & te velut alterū Iob omnibus his amoribus & pignoribus spoliare contendit. & ita facit, & perse, & per satellites suos, scilicet per viros impios, qui honori tuo insidiantur, quique insidias parant sanctitati. Tu verò perspice: bellum hoc nō tibi, contra te parari: sed rabiem hanc diaboli, cōtra vnicum Christū esse. Esto igitur tu Ioseph qui Christum nullatenus permittas occidi, etiam si cuncta tua pereant. At dices: Habeo quod amores mei, infantes mei sunt. Sed quid sibi vult quod occiduntur à bimatu & infra? Arbitror sensum esse. illi soli dicuntur occidi: qui dicuntur viuere. At amores nostri non dicuntur viuere, antequam nascatur in nobis Dominus. cum enim tūc nos mortui simus, quid nostrū viuere? Igitur ab eo tempore affectiones nostræ viuere sunt, à quo Christus viuere in nobis, & nos viuere facit. Si igitur à bimatu viuere in nobis Christus, à bimatu viuunt in nobis affectiones. Porro sicut regnum temporale Saul aggreditur, cum esset filius vnus anni: ita Christus regnū spirituale inchoat à secūdo ano. Quia non prius quod spirituale, sed prius quod animale est. Vel secūdo ita intellige: Primus annus ex quo Christus in nobis nascitur, est annus incipientium, secūdus est proficientiū. hi occidi possunt. At in ano tertio qui est perfectorum, iam non sunt in nobis pueri occidendi: nihil enim in viro perfectō infantile est. Imò in viro iam absoluto non sunt multi infantes. i. multi amores, vnicus est amor, quod oēs alios amores absumpsit, sicut virga Moysi oēs alia virgas deuorauit. sicut n. dictū est Martha, turbaris erga plurima, vnū verò tibi est necessarium: ita vir perfectus dicit. Oia detrimētū feci, & arbitror vt stercora, vt Christū lucrificā. Occisis igitur amoribus tuis, vox in Rama auditur.

1. Petri. 3.
Roma 8.
Colof. 3.
Gene. 22.

Actor. 10.

Lucæ. 23.

Ephes. 4.
Colof. 3.
Ioan. 3.

Psal. 135.

Psal. 33.
1. Petri. 1.

Psal. 127.

Iob. 1.

Ephes. 2.

1. Regū. 13.

1. Cori. 13.

1. Cori. 13.

Exodi. 7.

Luce. 10.

Philip. 3.

auditur. Nihil enim est quod tantopere in excelso cœlo audiatur, quàm vox & fletus piorum: quorum pignora Herodis & satellitum inuidiâ, occisa iacent. Audit Deus lachrimas seruatorum suorum, qui eius causa charissimis sibi rebus spoliantur. quarum amissio adeo illis est tristis, ac violenta mors. Vbi nota non esse culpabile, si viri pij rerum etiam temporalium iacturam defleat. ¶ Sed me pulsat questio, cur dicit, Rachel plorans filios suos, & non potius Lia plorans filios suos? Huius causam hanc arbitror esse. Manifestum est, eos qui Christo seruire volunt, prius vitæ actiue debere intendere: quàm se totos vitæ tradant cõtemplatiue. Sint igitur prius Lia, multos pariens filios: quâ pulchra Rachel, sterilior. Quod igitur diabolus infantes Lię extinguat, quodque Lia amissos gemat infantes, nihil mirum videri poterat. qui enim actiui sunt, aliquanto imperfectiores sunt, ideo casus dolent temporales. Porro quod etiã diabolus sæuiat in contemplatiuorum filios, quodque etiã contemplatiui suos gemant filios amissos, id multo est mirabilius. Sed ita reuera contingit. Inuenies viros cõtemplationis excelsæ, nunquam in languores cordis, pectoris & capitis incidere: inuenies rursus mille eos scrupulis irretitos, sine lætitia, sine alacritate. Quid illud est? Planè defecit diabolus in filios Rachel cõtemplatricis. Ac ideo sua non potest cohibere lameta. Et quia anima quæ se à priori decidisse credit statu, remedium non sibi vllum patere putat, ideo dicit, Noluit cõsolari quia nõ sunt. Videt enim priores suas dulcedines, gustus, & jubilos iam non esse, putatque iam nõ amplius fore: ideo renuit consolari, quia non sunt illa priora. Arbitratur enim Deum sibi abesse, in Ægyptumque à se fugisse. Noluit igitur consolari. Qui enim consolabitur anima, quæ prioribus Dei caret consolationibus? ¶ At Ieremias obiicit se Racheli deflenti, & ita loquitur. *Quiescat ò Rachel vox tua à ploratu, est merces operis tui, reuertentur filij tui de terra inimici.* Quid ò Ieremia? Si Rachel filios suos genuit defunctos, nõ defunctis est spes reuertedi in terminos suos! Ita planè. Humanis viribus, mortui rediuiui esse nõ possunt. At Deus vocat quæ nõ sunt, vt quæ sunt. & ideo Isaac qui vita functus videbatur, mortuus non est. Et quidem Abrahamus credebatur esse defunctum, cum contra eum suum distinxit gladium. Iam quis credidisset Christum sepultum, & triduanum, & lapide conclusum, ad vitam posse reuocari? At viuit & regnat, Et nescio quæ odorem ex sortente Lazaro concipio. Ideo enim credo Marthæ & Mariæ fratrem obiisse, & reuixisse: vt intelligamus fieri posse vitæ actiue & cõtemplatiue præsidia, si defuncta fuerint, ad vitã, Christi imperio, posse reparari. Quo circa existimo, quod sicut cuncta quæ Iob perdidit Dei causa, Dei etiã causa illi fuisse multiplicata: ita & infantes p̄ Christo occisos, suis fuisse pa-

rentibus multiplicatos. Illa n. Dei summa pietas, nihil suis, sui causa amissum, omnino perire sinit.

Defuncto *Verò Herode, angelus Domini Iosephum monet, vt Christum ad terram*

reducatur Israël. Vides quàm sit Christus sol iustitię, & lux vera illuminans omnem hominẽ venientem in mundum, quanque meritò sibi ipse lucis mundi nomẽ vsurpauerit: Lux certè statim ac aufers obices & impedimenta, ipsa se, etiã ferè nolenti, insinuat, & sui copiam facit. Statim igitur ac mortuus in te fuerit Herodes, & ij qui Christi animam querunt, sese Christus tibi insinuat, Tolle tu cupiditates noxias, & ingeret se tibi sui prodiga charitas. Attende verò, an in te mortuus sit Herodes, & Herodis cõplices mundus & caro, vt intelligas an in te sit Christus, an non? ¶ At mecum introspecte. Peccata sunt, quæ querunt animam Christi. & Dominus cum morti proximus est ad peccatores dicit. Quem queritis? si me queritis ego sum. Planè peccata nostra quesierunt Christum, vt sibi aduersantẽ, Rursus quesierunt Christum, vt agnũ qui peccata, morte sua emũdaret: quesierunt Christum peccata nostra, vt satisfactorem & reparatorem earum ruinarum quas ipsa fecerant peccata. Et quidem quesierunt Christum & inuenerunt eũ, peccata enim & iniquitates nostras ipse portauit. inuenerunt, & eorum graui pòdere pressus mortuus est. Sed morte sua vt alter Samson peccata destruxit. Iam ergo defuncta sunt peccata quæ quesierant Christum: iam eiectus est foras princeps mundi huius: crucifixus etiam est vetus homo noster. Si igitur defuncti sunt ò Christiani, qui querebant animam pueri, quid causæ est quod Christus non est in terra nostra? Quid est quod peccata, sicut aquę diluuij, obtinuerunt terram? Quid est quod Christus vix est, in pauculis hominibus? ¶ Porro quod additur, Iosephum timuisse ire in Israëlẽ, audiens quod Archelaus Herodis filius regnaret, non est leuiter auscultandum. Enim verò, licet Deum habeas, timendum tibi est eò ire, vbi iniquitatis filij regnant. Imò verò, quia Deum habes, ideo timendum est. Vt enim nullum lucrum maius est, quàm Christum habere: ita nulla iactura maior, quam illum amittere. Iam admonentur ij quibus aliorum cura commissa est, ne teneros agniculos, dum teneri sunt, in eas deferant regiones vbi plurimum nequitia valet. Ideo Ioseph Christũ tenerum adhuc custodiens, ab Archelao cauet.

Veniens *Habitauit in ciuitate quæ vocatur Nazaret.* Incidimus tandem

in locum, qui adeo eruditorum ingenia torfit. Duæ se nobis offerunt difficultates, altera est exhibere locum, vbi Christus prænuncietur vocandus Nazareus. altera verò, quid cõtineat mysterij, quod Christus habitat in Nazareth? Prior difficultas visa est eruditis temporis nr̄i, hæc indecisa. Nullus siquidẽ doctorũ exhibuit planũ locũ in prophetis, vbi Christus

Nazareus

Ioãnis. 1.
Ioãnis. 12.

Ioan. 18.

Ioan. 1.

Isaie. 53.

Ioan. 12.

Rom. 6.

Genes. 8.

Luc. 11.

Matth. 23.

Matth. 23.

Gal. 76.

Iere. 31.

Roma. 4.
Genes. 22.

Marci. 15.

Ioãnis. 11.

Iob. 43.

Nazareus vocetur: Sunt ergo noui homines qui locū pferant, ex Iudicū cap. 13. Vbi Angelus loquens ad uxorem Manue, p̄nunciat ei separituram Samsonem, qui erit puer Nazareus Dei. En locus mysticus ubi ex Samsonē nomen ad Christum transfertur. Triumphabam ego quidem olim hoc loco reperto: Cui locus similis est Genesis 49. fiant in capite Ioseph, & in vertice Nazarei, inter fratres eius. Porro hi loci non satisfaciunt: quia, Nazareum habent scriptum per S. quę hebręis est Sain. At Christus non p̄nunciatur vocandus nazareus, per Sain sed nazareus per Zade. Ita enim in titulo crucis Romę scriptum inuenitur. Iesus Nazareus rex Iudęorum. Vbi non dicitur, Nazareus per S. sed Nazareus per Z. quę duo Hebręis sunt differentissima, & diuersissima significantię. Siquidem nazareus significat sanctum. Atqui Nazareus significat primò quidem custodem: secundò vastatorem: tertio germen, plantulam, aut etiam florem. Exhibendus est igitur nobis locus ubi Christus Nazareus dicatur & quidem si prior significatio ex tribus propositis tibi placeat, planus est locus in Iob: Quid faciam tibi o custos hominū. Vbi Hebręis habetur Nozer, id est, Nazareus. Vt Iob 7. est videre. erit igitur sensus Mathęi. Habitauit in Nazareth, id est, in custodia, vt impleretur dictum Prophetarum, quòd Nazareus, id est, custos vocaretur. Vbi statim magnitudo mysterij subluet. Quid enim maius esse potest, quàm quòd Deus custos noster sit: Magni enim honoris loco dicit Deus ad Abraham: Ego protector tuus, & merces tua. & magnum honorem exhibuit Deus Israēli: Custodiens eum in nube per diem, & in columna ignis per noctem. Sed si secunda significatio Nazarei, id est, de vastantis seu de p̄dantis placeat: en tibi locus Isaie 8. voca nomen eius. (id est, Mesihe,) accelera: spolia detrahe. festina p̄dari. Vocatur igitur Christus spoliatorum detractor, & p̄dator. Vbi grande & magnificum mysterium indicatur: videlicet quantę fortitudinis erit puer, q̄ tā cito p̄datur eas opes, quas sibi diabolus longissimo tempore congesserat. Dicitur enim est. Vniuersa eius arma auferet, & spolia distribuet. Porro quia maioribus nostris visa est tertia significatio huic loco commodior, labor mihi incumbit exhibēdi locum, ubi dictum sit, quòd Mesihas sit vocandus Nazareus, id est, germen. Exhibeo tamen testimonium Zacharię 6. ubi dicitur: Hęc dicit Dñs Ecce vir Oriens nomen eius. Vbi Hebręis est. Ecce vir Zema schemo, id est, germen est nomen eius. Sensus ergo Mathęi est: Habitauit in germine, siue pullulante, vt impleretur, quòd germen, siue crescens, siue proficiens, erit nomen eius. Video non esse apud Zachariam verbum Nezer: sed Isaie 11. habetur vocabulū, Nezer, Cum dicitur, & flos de radice eius ascendet. Ioco floris est Nezer. Reliqua est posterior du-

bitatio, quid misterij nobis insinuet Mathęus & eo prior Zacharias, & Isaias, asserentes Christū vocandum plantulam germinantem, & crescentem? Scio me huic difficultati non sufficere: aggreddiar tamē. & primū vocatur Christus germen, eadem ratione qua vocatur filius. vt enim primogenitus omniū rerū est Christus à Patre, ex cuius filiatione, & germinatione acceperunt cuncta vt generarentur & germinarent, ita primū omniū germē, ab illo Patris eternitricō, filius est. neq; enim Spiritus sanctus germē est. quia non natura sed voluntate pducitur. Porro reliqua omnia licet germinent, & pducantur, at non sunt Dei germina. nihil enim Deus per naturam producit, nisi filium suū. Eadem igitur cōfessio est, confiteri Christū filiū Dei viui, vt Petrus confessus est, & cōfiteri eum germē esse Dei. vt Mathęus hoc loco testatur. ¶ Secundò: Germē hoc in eternitate prodiens à Patre, plantatū est in terra Marię virginis matris. prodiitq; ex ea vt germē. non discindens neq; corrupens vterū matris: sed sicut germē perpetuò cœlum spectans. quā nulla maior dignatio esse potest. Idem ergo est fateri Christum germē, & fateri Christū primò quidē Dei filiū: secūdò verò matris sobolē & fectū. Cum ergo audis Christū germen, intellige germē Dei, & germē Marię. vt simul intelligas. Christū Deum esse, & hominem. ¶ Tertio intellige Christū in ciuitate Nazareth vixisse ad annos triginta. vixisse verò ea mentis & corporis puritate, vt nisi iā summā gratiā i sua cōceptione nactus esset: summā gratiā suis meritis cōparasset tanta erat vitę suę annis illis celsitudo. germinabat igitur & p̄ficiēbat (vt Lucas testatur,) a tate & gratia, apud Deū & homines. Idem igitur est, qđ Lucas dicit: Proficiebat gratia, & quod Mathęus, Nazareus vocabitur: id est pullulans, germinās & crescens. Sanē nos licet aliquando crescamus in gratia, frequēter inarescimus. frequentius languemus. frequētissimē à cremento cessamus. At ea fuit Christi virtus, vt nec vel momentū a germinatione desisteret. vt qui nunquā non ardentē gereret in pectore flammam. ¶ Quarto intellige: quod Christus illatus in Ægyptū meruit, quod gratia inferatur in peccatores. Quod verò Christus vocatus fuit ex Ægypto, meritū fuit: vt peccatores vocarentur ad iustitiā, & vitę sanctitatem. ergo, qđ Christus in Nazareth, i. in germine proficiat, meritū fuit, vt homines vocati ad sanctitatē, in ea p̄ficerent, vt possent cōprehendere, que esset sublimitas, lōgitudō & latitudo mysteriorū dei. Christus ergo p̄ficiens in Nazareth causa fuit nostri profectus in Ecclesia. Quantę verò maiestatis hoc meritū fuerit, intelligit q̄ expertus est, quot impedimēta sese obiciāt ei q̄ p̄ficere in Dei viā cōatur. An nō tibi videtur grādis virt' p̄ficere & sursum aquā deuehere, cōtra impetum carnis mūdi & demoniorū? Igitur meruit Christus vt nihil horum posset obesse, ei q̄ progredi nititur.

CAPVT. III.

In diebus autem illis venit



Acceditur Matheus prædicationem Ioannis hoc modo. *In diebus illis venit Ioannes.* & cæt. Illa porro dictio: *In diebus illis* non vacat mysterio. Valet. n. ac si diceret: In diebus illis, qui erant finis antiquæ

legis: finis timoris & terroris: finis tenebrarum & vmbre: finis peccatorum & inferni: qui erant initium nascentis Ecclesie, initium prædicationis Euangelicæ, initium gratiæ copiosæ, & demum initium omnium spiritualium diuitiarum. In diebus illis, qui erant aurora solis iam exorientis: qui erant vexilla venientis regis. ¶ In diebus igitur illis, venit Ioannes: & certum est, quod venit ab interiori, in exteriorum desertum. Iuxta illud Antra deserti, teneris sub annis, ciuium turmas fugiēs petisti. Iam pulsat animū dubitatio. Cur Ioannes nutritur in deserto, & de deserto prædicaturus venit: Porro Christus nutritur in ciuitate Nazareth, vbi vsque ad annum tricessimum ætatis suæ peruenit? Ad hoc respondeo: Quod Christus debuit per omnia fratribus assimilari. homines verò inter homines nutriuntur. est enim hō animal gregale, ac sociale: gaudetq; hominum consortio: meritò igitur Deus factus homo, inter homines nutritur. ¶ Secundò: Quis fieri poterat vt qui propter hominum amorem ad homines venerat, hominum præsentia per annos triginta careret? diuelli non potest amas ab eo quæ amat, quomodo diuelli posset ab hominum consortio Christus? Ioannes vt nõ adeò homines amans, hominum absentiam patitur, imò hominum præsentiam fugit. At Christus, in terris visus ex amore: cum hominibus debet conuersari ex eodem amore. ¶ Tertio: Ille fugiat ciuitatem, qui in ciuitate habet quod fugiat: & quo, nisi fugiat, coinquinetur. Ille verò in ciuitate maneat, qui nihil habet in ciuitate quo maculari possit, imò qui multum ciuitati prodesse potest. Ioannes homo est, in peccato genitus est: à peccato igitur maculari in ciuitate potest. Christus homo est: sed Deus homo est: ideo maculari à ciuitate nequit, sed ciuitatis maculas agnus im maculatus tollere potest. ¶ Quarto: Nutritur Dominus in ciuitate, ne haberent Pharisei occasionem existimandi, quod in deserto Dominus ab aliquo esset edoctus: aut cum demonibus conuersatus. Si enim in ciuitate nutritus, vitam omnibus expositam viuens, euadere calumniam non potuit, qui n diceretur demonium habere: quãto potius id dicere auderent, si in deserto vixisset? ¶ Quintò: Nascitur Ioannes in ciuitate, prædicat & moritur in deserto. Representat igitur

tur Adamū, & omnes filios eius: natos quidem in paradiso, sed eiectos in desertū: natos ferè in gloria, sed nutritos in vita hac, quæ ferè infernus est: & quos infernus excipiet, nisi Christi gratia adsit. At Christus nascitur in ciuitate, & moritur in ciuitate. Representat igitur Christianos qui extorres non sunt aut exules: sed sunt ciues sanctorum & domestici Dei. non enim accessimus ad Sinai montem in deserto fumantē, sed ad ciuitatem primitiuorum: ciuitatem Dei viuentis: & Ierusalem cœlestem: vt Paulus dicit. ¶ Sexto: Quod natuum est, querit quisque sibi. Quærunt aues aërem, pisces aquam, bestia desertum. Christus igitur natus in ciuitate cœlestis gloriæ, ciuitatem querit vbi nutriatur. Ioannes verò natus in huius mundi exilio, exilia deserti querit. ¶ Septimò: Ioannes totus in deserto. Christus cum prædicat: prædicat in ciuitate, in desertis, in templis, in synagogis, in castellis. Quia cum esset Deus implere voluit omnia. ¶ Sed iam hinc oritur altera dubitatio. Quid causæ est, quod Ioannes nunquam dicitur prædicare in ciuitate, sed solum in deserto: at Christus non prædicat modo in deserto, sed & in ciuitate & in templo? Primū: prædicat Dominus in templo, sicut Dominus in domo sua. serui versantur in agro: at qui dominus est facultatem habet etiam eorum quæ sunt intima domus. Ideò Christus tanquã filius, & dñs tēpli prædicat in tēplo. ¶ Secundò: Christus inuenitur in his quæ patris sui sunt. videlicet vt qui nihil peccati habet, quo patris sui vultum fugiat, aut timeat. Ioannes vt qui peccare, saltem venialiter poterat, (& ideo coram patris aspectu verecundari,) non audet templi pinam conscendere, vt prædicet. Iam si nos prædicamus in templo, locum Christi occupamus, vice eius prædicam⁹, nõ nostra. ¶ Tertio: Magni prædicatores in ciuitatibus frequentioribus habitant: rusticiores in oppida reiciuntur. Christus ergo, & qui eius loco prædicant, prædicent in ciuitate. Ioannes verò collatus ad Christum rusticus prædicator est. ¶ Quarto: Ioannes ea sola prædicat, quæ hominibus à Deo desertis, & à Deo longè remotis quadrant. Ideò prædicat in deserto. Christus verò non tantum prædicat hæc, sed etiam ea quæ ciuibus Dei congruant, & ideo prædicat in desertis & in ciuitate. ¶ Quintò: Etiam si Ioannes prædicasset in ciuitate, verè tamen prædicabat in deserto. Nec enim sua prædicatione gratiam audientibus dabat. Vt qui non prædicaret, sicut potestatem habens, gratiæ exhibendæ: at Christus, de cuius plenitudine nos omnes accipimus, prædicans in deserto, verè prædicabat in ciuitate, vt qui audientibus gratiam præstabat, & ciues sanctorum efficiebat. ¶ Sextò: Ioannes prædicat in deserto, quia in ciuitate tot sunt peccata, tot sordes, vt Ioannes eas ferre nequeat. Exiguum stomachum habet Ioannes ad hominum ferenda peccata. Adeò vt cum videret Phariseos, eos ferre nequiuerit, sed

Gen. 3.

Ephes. 2.

Hebræ. 12.

Ephes. 1.

Ioan. 8.

Hebræ. 2.

Luce. 2.

Ioan. 1.